




De sacra communione Christiani populi in utraque panis & vini specie : sitne eius restitutio Catholicis hominibus optanda, etiamsi iure diuino non simpliciter necessaria habeatur. Consultatio cuiusdam paci ecclesiae optime? consultum cupientis.

<https://hdl.handle.net/1874/422691>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnde
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)


More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board










E. oct.

274⁴



[ex dono Bachelii]

g. E. 8. 274 4

DE SACRA COMMVNIONE CHRI- STIANI POPVLI IN VTRA- que panis & vini specie.

Sitne eius restitutio Catholicis homini-
bus optanda, etiamsi iure diui-
no non simpliciter necef-
saria habeatur.

Consultatio cuiusdam paci Eccle-
siæ optimè consultum
cupientis. *cassiodori*



EXCVDEBATVR
Anno Salutis M. D. LXIII.

ανθρωποι

την πόλην την οποίαν

είναι από την οποίαν

TYROGRAPHVS PIO

LECTORI S.



V M multa admodum sunt,
quæ Theologis negotium hoc
tempore facessunt: tūm in pri-
mis, illa de Calicis communio-
ne disputatio, permultis mul-
torum scriptis agitatur. Itaq;
non solum in vniuersa Ger-
mania præcipuos clarissimosque diuinæ sapien-
tiæ Doctores, aliquot iam annis excirauit: sed il-
lud etiam ipsum Concilium Tridentinum, æsta-
te proxima superiore totū occupauit. Dum enim
maior eruditiorum Episcoporum, eaque potior
pars, in eam sententiam concors pedibus iret: ut
Laicis calicem esse concedendum iudicaret, alij
verò magna contentione resisterent: nequid
incommodi tantus dissertationum ardor, coe-
ptis de morum & opinionum reformatione re-
bus adferret: eam controversiam Pij Quarti Pon-
tificis arbitrio dirimendam, serioque dijudican-
dam Patres reliquerunt. Quoniam ergo nullum
eius, quod plurimum tamen expetitur, statim-
que fieri oportere necessitas arguit, decretum
adhuc extat, Principes verò Germaniæ viri Cæ-
tholicæ professionis, valde reformident, nisi
pijs prouinciarum suarum clientibus, hac in re
quam cottidianis efflagitationibus vrgēt, tandem
aliquando satissiat: ne catholicæ religionis reli-
quiæ, vel statim concitentur, vel sensim profe-
cto pessum eant: prudenter vñā, in eam rem Cæ-
sare præcunente quidem, alacres incumbunt: quò

A A Pij

AD LECTOREM.

Pij Pont. permisso, calix, è vetere illa incorrupta Ecclesia, in hac nostrâ tot dissidijs ob hâc & alias causas cōmotam, ac potius adflecta, reuocetur. Nimirū, longè maiore ratione nūc nobis eius vsum restitui, q̄is, nō adeò multis ab hinc annis, publico decreto fuerit intermissus. Id quod, præclarè certè, libellus hic aureolus ostēdit. Quā ob rem: vbi primū nuper ad me missum, sedulò perlegi: probarē ipse autem auctoris, quicunq; is fuit, institutum, eruditionem, diligentiam, ac suuandi, genere quoque dicendi non acerbo, studium, & idem nonnulli pietatis ac doctrinæ laudibus insignes, confirmarent: prætermittere nō potui, quin cū ego, ijs præsertim, & amicis, suadentibus, immò rogantibus, ipse cum omnibus studiosis, publicæque tranquillitatis amantissimis hominibus, cōmunicarē. Exit igitur in lucē: ut & siquid ceteri habent, quod huic argumēto, atq; turbis componendis conducere posse videatur, id nunc omne verò, candidis animis, ac placidis, non iratis, vel anticipationis olio præiudicio concitatis, in mediū exponant. Est is enim modò Reip. Christianæ status: vt nihil eos, fulcīendæ veræ religioni, nostra propemodum pertinacia, ac lata contentionum culpa, collabenti, vel antiquius & vtilius, vel aptius e quidem, facturos esse putem. Vt hoc verò velint, quod honestū est & vtile, iā eos, & patriæ debita pietas cohortabitur, & egregia de re multò omnium optimæ, bene merendi voluntas, vltro, vel planè currentes, nō incitare modò, verū inflammare proculdubio debebit. Vale.

DE
SACRA COM-
MVNIONE CHRISTIANI
POPVLI IN VTRAQVE,
panis & vini specie,
consultatio.



Eteres omnes tūm Græci, tūm Latini in ea sententia fuisse evidentur, ut existimauerint in legitima & solemni celebrazione corporis & sanguinis Domini, & administratione ac dispensatione, quæ in Ecclesia fideli populo è sacra mensa fit, duplēcē speciem, panis & vini, esse adhibendam: Atq; hunc modum per vniuersas Orientis & Occidentis Ecclesias antiquitùs obseruatū fuisse, tūm ex priscorum Patrum monumentis, tūm ex vetustis diuinorum misteriorum formulis appareat. Inducti autem fuerunt primò exemplo & mandato Christi, qui instituerunt huius Sacramenti usum, Apostolis

A 3 (fide-

DE SACRA COMMVN.

(fidelium Sacra menta participantium personam repræsentantibus, quibus dixerat ACCIPITE & EDITE, ijsdem ipsis mox dicebat, BIBITE EX HOC OMNES, quod ex veterum sententia interpretatur Paschalius Ratbertus, tam ministri, quam reliqui credentes. & Chrysostomus :

Hom. 18. Quando fruendum est reuerendis my-
in 2. ad Co sterijs, nihil ait differre Sacerdotem à
riath.

subdito, cum omnes similiter, ut illa participant, digni habeantur. Omnis-
bus enim corpus unum proponi, &
poculum unum : & Theophylactus,

In 1. ad Co Tremendum hunc calicem pari cun-
rinth. 11. etis conditione traditum esse asserit.

In sermone quoq; de cœna Domini,
qui Cypriano adscribitur, ita legimus:
Doctore Christo primùm hæc mun-
do innotuit disciplina, ut biberet san-
guinem Christiani, cuius usum legis
antiquæ auctoritas strictissimè in-
terdicit; Lex quippe usum sanguinis
prohibet, Euangeliū præcipit ut bi-
batur. Item: Bibimus autem de san-
guine

guine Christi, ipso iubente, vitæ æternæ cum ipso & per ipsum participes, & fatentes nos per peccati gustum à beatitudine priuatos, & damnatos, nisi nos Christi clementia ad societatem vitæ æternæ suo sanguine reduxisset. Nobis itaq; pro quibus sanguis Christi oblatus est, ipse Christus pincerna porrexit hoc poculū. Huc etiā pertinere putabant verba Saluatoris: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Hinc Origenes in numeros. Quis est, inquit, iste Hom. 16. populus, qui in vsu habet sanguinē bere? Populus Christianus, populus fidelis sequitur eū qui dicit, Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis ipsis: quia caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Loqui autē illum de sacramentali potu, declarant ea quæ mox sequuntur. Bibere autem dicimur sanguinem Christi, non solum Sacramen-

DE SACRA COMMVN.

torum ritu, sed & cùm sermones eius
recipimus. Et Augustinus in quæstio-
Lib 3.ca.57 nib, super Leuiticum: Sed cùm Domi-
nus dicat, Nisi manduaueritis carnē
meam, & biberitis sanguinem meum,
non habebitis vitam in vobis. Quid
sibi vult, quòd à sanguine sacrificio-
rum, quæ pro peccatis offerebantur,
tantopere populus prohibetur, si illis
sacrificijs vnum hoc sacrificium signi-
ficabatur, in quo vera sit remissio pec-
catorum? A cuius tamen sacrificij san-
guine in alimentum sumendo non so-
lum nemo prohibetur: sed ad biben-
dum potiùs omnes exhortantur, qui
volunt habere vitam.

Ité: Cùm Christus hoc mysteriū in-
stituēdo, duas rerū species, panē & vi-
nū adhibuerit, ex quibus duabus vnū
plenum, perfectum, & integrū Sacra-
mentum efficerit: credebant veteres
ad integritatem, perfectionem, & cō-
plementum huius sacræ communio-
nis pertinere, ut omnes in Ecclesia ple-
num hoc & integrum sacramentum
per-

perciperent. Huc spectat illud Gelasij De conse.
memorabile decretū , quo iubet eos, dist. 2. ca.
qui superstitione aliqua impediti, à ca Comperi-
lice sacrati croris abstinebāt, aut in-
tegra sacramenta percipere, aut ab in-
tegris arceri: quod diuisio vnius eius-
demq; mysterij sine grandi sacrilegio
nequeat puenire. Huc pertinet quod
ex Augustino adferunt Paschasius &
Algerus. Nec caro sine sanguine , nec
sanguis sine carne iure cōmunicatur.

Hinc & Iulius Pontifex porre&ionē De conse.
calicis Domini complementum com dist. 2. ca.
muniōis appellat: & Micrologus te- Cū omne.
statur Romanum ordinem ideo præ-
scribers, vt in Parasceues die , vinum
immissione Dominici corporis san-
ctificetur, vt populus plenē possit cō-
municare, quodaliter in Romano or-
dine legitur, vt cō tactu Dominici cor-
poris integra fiat communio. Specta-
bant etiam veteres huius institutionis
Christi, qui sub dupli specie hoc sa-
cramentum instituit caussas atque fi-
nes: quos omnes toti Ecclesiæ Chri-

DE SACRA COMMVN.

sticōmunes esse iudicabant : Quorū finium atq; cauſſlarū hij ſunt p̄cipui.

Primus eſt , ad repræſentandam , & cōſeruandam memoriam paſſionis eius in oblatione corporis , & effuſione ſanguinis : quod mādicationē myſtici panis , & potione ſacrati calicis fieri B. Paulus teſtatur , cūm ait Corin thijs . Quotiescunq; manducabitis pa ne in hunc , & calicem Domini bibe tis , mortem Domini annunciabitis . Existimarunt itaq; veteres hanc repræ ſentationem , & commemorationem mortis Christi perfici non ſola confe cratione , oblatione , & ſumptione Sa cerdotis , ſed etiam diſtributio ne , & partiſipatiōe fidelis populi . Huc perti net illud Iuſtini Mart. in Dialogo cū Tripho ne ad illud Eſaiæ , Panis ei da bitur , & aquæ eius fideles ſunt . &c . In hac prophetia & de pane , quem nobis noſter Christus trađidit ad cōmemo rationem corporis aſſumpti propter credentes in eum , & de poculo quod in memoriam ſanguinis ſui cū gratias rum

rum actione sumendum dedit, fit manifesta mentio. Et Hesychius in cap. 15. in Leuitic. ad illud: Immolabit eū, &c. Ipse enim propriam carnem immolauit, ipse sui sacrificij Pontifex in Sion factus est, quando sanguinis noui Testamenti calicem dabat. Vnde Augustinus contra Faustum: Christiani, inquit, peracti huius sacrificij memoriam celebrant sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Domini. Et Ambrosius in 1. Corint. 11. Quia morte Domini liberati sumus, huius rei memores, in edendo & potando corpus & sanguinem, quod pro nobis oblata sunt significamus: nouum Testamentum in his consecuti. Augustinus quoque in sententijs Prospere. Quum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam Dominici corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis de latere effusio designatur? Ita Gregorius in 4. Dialogorum ait: Christum in hoc mysterio sa-

DE SACRA COMMVN.

cræ immolationis iterum pro nobis
immolari: Ei⁹ quippe corpus, inquit,
ibi sumitur, eius caro in populi salutē
partitur, eius sanguis non iam in ma-
nus infidelium, sed in ora fidelium fun-

In illud Ioh. an. vidit
Ioh. Ies. ven.
ad se.

ditur. Post hunc Beda: Christum ait
nos quotidie lauare à peccatis nostris
in sanguine suo, cùm eiusdem beatæ

passionis ad altare memoria replicat-
tur, cùm panis & vini creatura in sa-
cramētū carnis eius & sanguinis trās-
fertur, sicq; corpus & sanguis illius, nō
infidelium manibus ad perniciē suam
funditur & occiditur, sed fidelium ore
suam sumitur in salutem. Algerus lib.
2. cap. 8. Iste mos inoleuit in Ecclesia
ab ipso Christo, qui corpus suū & san-
guinem diuīsim consecrauit & dedit,
non ad diuisionem substantiæ sue, sed
ad discretionem figuræ, vt panis dum
dentibus teritur, carnē Christi in pas-
sione attritam, & dum vinum in ora
fidelium funditur, sanguinem de late-
re Christi fusum signaret.

Alter finis est, ad significandam inte-
gram

gram & perfectā refectionē, seu nutri-
tionē, q̄ cibo & potu cōstat. Qua ra-
tione Christus dixit: Carnē suā verè
esse cibum, & sanguinē suum verè esse
potum. In quo cibo & potu spiritua-
li, virtus & fructus, atq; efficientia hu-
ius sacramenti consistit. Atque huius
virtutis gratia vera & perfecta ratio
huius sacramenti, non modò in conse-
cratione materiæ, vt loquuntur, sed
etiam in eius vsu & actione, id est, di- Héricus de
stributione & participatiōe posita est. Gorichem
in tractatu
Quare ad plenam & perfectam ratio- sive casu
nem sacramenti, quod ad eius virtutē de effectu
& efficaciam pertinet, integri quoque Euchari-
sacramenti distributio & participatio stæ in mis
necessaria videtur. Atque hac ratione sa propo-
sit. 5.
veteres sermonem Christi apud Ioan-
nem, ad sacramentalem esum & po-
tum retulerunt, quo spiritualis ille ci-
bus carnis, & potus sanguinis desi-
gnatur, & piē sumentibus communi-
catur. August. tract. 26. in Ioannem.
Caro, inquit, mea verè est cibus, & san-
guis meus verè est potus: Cūm enim
cibo

DE SACRA COMMVN.

cibo & potu id apperant homines, vt
non esuriant, neq; sitiāt: **H**oc veraci-
ter non præstat, nisi iste cibus & po-
tus, qui eos à quibus sumitur, immor-
tales & incorruptibiles facit. **P**ulchrè
hunc finem explicat Algerus lib.2.
cap.5. **V**nde, inquit, quia cibo & po-
tu ità viuimus, vt alterutro carere ne-
queamus, vtrunque in sacramēto suo
esse voluit, ne si alterutrum deesset,
quasi imperfecto vitæ signo, ipse non
plena, sed imperfecta vita signari vi-
deretur. **E**t post hunc Petrus Clunia-
censis: **V**t ergo, inquit, nō tantūm ver-
bis discerent, sed & familiarius factis
sentirent homines, se non posse sem-
per viuere, nisi coniunctos & vnitos
CHRISTO, ad similitudinem escæ
& vitæ carnalis: accipiunt corpus
Christi, bibunt sanguinem Christi,
&c. & pòst: Propter hoc carnem suā
ad manducandum, sanguinem suum
ad bibendum se velle dare signauit.
Vt igitur vita æterna spiritualiter &
inuisibiliter mundo in præsenti colla-
ta,

ta, corporaliter & visibiliter in futuro
conferenda signaretur, data est caro
Christi sub specie panis ad comedendū,
datus est sanguis sub vini forma
ad bibendum: vt sicut pane & vino
ad vitam mortalem principaliter ho-
mines utuntur, sic ad vitam immorta-
lem, quod est ipse **CHRISTVS**,
corpore Christi & sanguine, hīc spiri-
tualiter, postmodūm verò tam spiri-
tualiter, quàm corporaliter in æter-
num pascantur.

Tertiò, ad designandā redemptio-
nem & tuitionē corporis & animæ, vt
corpus pro salute corporis, & sanguis
pro salute animæ, quæ in sanguine
est, dari & accipi intelligatur. Hinc
Ambrosius: Testamentum, inquit,
sanguine constitutum est, quia bene-
ficij diuini sanguis testis est: in cuius
typum nos calicem mysticum sanguis
nisi ad tuitionem corporis & animæ
percipimus, quia sanguis Domini san-
guinem nostrum redemit, id est, totū
hominē saluū fecit. Caro enim Salua-
toris

In prio. ad
Corinth.

DE SACRA COMMVN.

toris pro salute corporis , sanguis pro anima nostra effusus est. Ad hunc Ambrosij locum allusit Pet. Lombard. li. Sentent. 4. Quare, inquit, sub duplice specie sumitur, cum sub alterutra totus sit Christus? ut ostenderetur tota humanam naturam assumpsisse, ut totam redimeret: panis enim ad carnem refertur, vinum ad animam . Quia vi- num operatur sanguinem, in quo se- des animæ à Physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur, ut animæ & carnis suscepio in Chri- sto, & vtriusq; liberatio in nobis signi- ficetur. Valet enim, ut Ambrosius ait, ad tuitionē corporis & animæ, quod percipimus: quia caro Christi pro sa- lute corporis, sanguis verò pro anima nostra offertur, sicut præfigurauit Moyses. Caro, inquit, pro corpore no- stro offertur, sanguis pro anima, sed ta- men sub vtrah; specie sumitur totus, quia ad vtrumq; valet, quia sub vtrah; sumitur Christus: Sed si in altera tan- tū sumeretur, ad alterius tantum, id est,

est, animæ vel corporis, non vtriusque
pariter tuitionē valere significaretur.
Hanc quoque caussam, cur in duplice
specie corpus & sanguis Christi à fi-
delibus sumatur, perspicuè ante Lombardum explicauit Paschalias Ratber-
tus, lib. de Eucharistia. Rectè, inquit, Cap. 48.
caro sanguini sociatur, quia nec caro
sine sanguine, vtique nec sanguis sine
carne iure cōmunicatur. Totus enim
homo ex duabus constans substantijs
redimitur, & ideo carne simul & san-
guine saginatur. Et post hunc Alge-
rus Scholasticus: Ut signetur, inquit, Lib. 2. ca. 8.
animas nostras & corpora nostra ani-
mæ Christi & corpori vniri & confor-
mari debere, simul corpus & sanguis
sumitur à fidelibus, vt sumpto corpo-
re & anima Christi, toto Christo to-
tus homo in anima & corpore viuifi-
cetur. Vnde, vt ait Augustinus, nec ca-
ro sine sanguine, nec sanguis sine car-
ne iure communicatur. Ad cuius rei
confirmationem Canonem quoque
Gelasij adducit, cuius initium, Com-

B peri-

DE SACRA COMMVN.

perimus. Post hos Hugo de Sācto Vi-
etore dictus, de mysterijs Ecclesiæ: vo
luit, inquit, Christus carnem suā sumi
à fidelibus, vt per cibum carnis inuita-
ret ad gustū diuinitatis: vtrunq; sumi
voluit, vt corpus nostrum, & aīa simul
nostra cum eo glorificetur. Et pōst, In
vtraque, inquit, sumitur, ad significan-
dū, quòd duplex est effectus huius sa-
cramenti: Est enim redemptio corpo-
ris & animæ: quòd non significaretur,
si in vna tantùm specie sumeretur. Et
paulò pōst. Species panis corpus, &
species vini sanguinē, respectu resurre-
ctionis significat, & sumptio in vtraq;
specie simul redemptionē corporis &
animæ sumentis significat.

Quartò, vt declaretur redemptio,
quæ hoc sacramento significatur, om-
nibus esse cōmuniis: quòd spectat illud

Ita ex Græ Ignatij ad Philadelp. Vna est caro Do-
mini Iesu, & vnum eius sanguis, qui p
nobis effusus est, vnum etiā panis om-
nib. confractus, & vnum calix, vniuersis

distributus, vnu altare totius Ecclesiæ.

Item

Item ad designandam societatem
& vnitatem spiritualem, qua omnes
his sacramentis participantes, in v-
num corpus tanquam membra redi-
guntur, Christo capiti suo vniun-
tur, & in diuiduo charitatis vinculo in-
ter se connectuntur, quod eodem cō-
muniq; cibo & potu representatur: cu
ius vnitatis mysteriū nō in panis tan-
tummodo, sed etiam in vini symbolo
exprimitur. Hanc vnitatem participa-
tione quoq; Dominici calicis à Paulo
significatam fuisse existimarūt veteres
Latini, qui ita legerūt 1. Cor. 10. Vnus
panis, vnum corpus multi sumus oēs,
qui de vno pane & de vno calice par-
ticipamus. Basilius in Liturg. Nos om-
nes de vno pane & calice participan-
tes, coaduna inuicē in vnius Spiritus
sancti communionem. Remigius, siue
ille Rhemensis sit, siue Antisiodoren-
sis, in illud Pau: Calix benedict. nōne
cōm. sang. Christi est. Appellatur, in-
qt, ipse calix cōmunicatio, quasi parti-
cipatio, quia oēs cōmunicant ex illo,

DE SACRA COMMVN.

partemque sumunt ex sanguine Domini, quem continet in se. Hoc autem mystici cibi & potus veri corporis & sanguinis Domini mysteriū pulchrè explicatur sermone de cœna Domini, qui B. Cypriano inscribitur. Sed & nos ipsi corpus eius effecti, sacramento & re sacramenti capiti nostro connectimur & vimur singuli, alter alterius membra ministerium dilectionis pro inuicem exhibētes, communicamus charitate, participamur sollicitudine, eundem cibum manducantes, & eundem potum bibentes, qui de petra spirituali profluit, & emanat: qui cibus & potus est Dominus noster Ie-

De conse. sus Christus. Aug. ex serm. fer. 2. Pa-
dist. 2. cap. schæ ad Neophytor: Et vos, inquit,
quia pas- post illa ieunia, post labores, post hu-
sus. militatem & contritionem in nomi-
ne Christi, iam tanquam ad Christi ca-
licem venistis, & ibi vos estis in men-
sa, & in calice nobiscum vos estis: Si-
mul enim hoc sumimus, simul bibi-
mus, quia simul viuimus. De hoc au-
tem

tem mysterio vnitatis, quod tū in panis, tum in vni vni substatijs exprimitur, scitē idem Augustinus: Sicut, inquit, ut sit species visibilis panis, multa grana in vnum consperguntur, sic & de vino fratres recolite, vnde fit vnum.

Apud Be-
dam ex ser-
mon. ad in-
fantes.

Grana multa pendent ad botrum, sed liquor granorum in vnitatem confunditur. Ita Dominus noster Iesus Christus nos significauit, nos ad se pertinere revoluti, mysterium pacis & vnitatis nostræ in sua mensa consecrauit: Qui accipit mysterium vnitatis, & non seruat vinculum pacis, non mysteriū accipit pro se, sed testimonium cōtra se. Et in Sermone suprà producto. Hæretici, inquit, quando hoc accipiunt, testimonium contra se accipiūt: Quia illi quærūt diuisionem, cùm panis iste indicet vnitatem: sic & vinum in multis racemis fuit, & modò vnum est, & vos post illa iejunia &c. His consentaneum est illud Cypriani lib. i. Epist. 6. Denique vnanimitatem Christianam firma sibi atque inseparabili charitate

B 3 con-

DE SACRA COMMVN.

connexā, etiā ipsa Dominica sacrificia declarāt. Nā quādo Dominis corpus suū panē vocat, de multorū granorum adunatione congestū: populū nostrū, quem portabat, indicat adunatum: & quando sanguinē suum vinū appellat, de botris atq; acinis plurimis exprefsum, atq; in vinum coactum: gregem item nostrum significat commixtione adunatae multitudinis copulatum.

Ad hæc in hoc potu Dominicī calicis, qui communiter ab vniuerso Christi populo percipitur, figura spiritualis potus, quo Patres omnes eundem potū spiritualē bibisse leguntur, in novo Testamēto impletur. Chrysost. Hom.

In prio.ad
Cor. 2.

23. Hæc quidem Baptisma, quæ aūt sequuntur, sacram mensam significant. Nam quemadmodū tu corpus Dominicū manducas, ita & illi Manna manduauerūt: & sicut tu sanguinē bibis, ita & illi aquam de petra biberunt. Et paulò pōst: Qui, inquit, illis illa præbuit, is etiam hanc præparauit mensam, & ipse idē & illos per mare, & te per

per Baptisma adduxit, & illis māna & aquā, & tibi corpus & sanguinē dedit. Aug. tract. 26. in Ioan. Oēs eundē potū spiritalem biberunt, aliud illi, aliud nos, sed spēcie visibili, quod tamē idē est, virtute spirituali. Ambr. de his, qui initiantur mysterijs ca. 9. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis è Christo : illos ad horā satiauit aqua, te sanguis diluit in æternū : Iudæus babit & sitit, tu cū biberis, sitire nō poteris. Huc etiā pertinet quod suprà ex Ser. de co. Do. attulimus: Cōmunicamus charitate, participamur sollicitudine, eundē cibū manducātes, & eundē potū bibentes.

Quo etiam hic potus sacrosancti sanguinis, ad Agni sanguinem referatur, qui super vtrunque postem diuinō iussu positus fuerat. Cuius rei mysteriū pulchrè exponitur à Gregorio: Quid sit sanguis Agni, nō iam audiendo, sed bibēdo didicistis : qui sanguis super vtrūq; postē q; de petra spirituali p̄fluit & emanat, ponitur, quādo nō solū ore corporis, sed etiā ore cordis

Homil. I.
Sabb. Pas. c.
Num. 22.

B 4 hauri-

DE SACRA COMMVN.

hauritur: In vtroq; etenim poste sanguis Agni est positus, quando Sacramentum passionis illius, cūm ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoq; intenta mente cogitatur. Credebant itaque veteres peculiarem quendam effectū & vim esse in sumptione calicis, quo & expressior mortis Christi per sanguinis effusione significatio continetur, & spiritualis sitis restinctio potu diuini sanguinis exhibetur, quiq; ad redemptionem & tuitiō nem animæ, quæ in sanguine est, propriè referatur. Ad hæc sumptionē huius sacrosancti sanguinis peculiariter pertinere ad remissionem peccatorū in nouo Testamento Christi sanguine cōfirmato: quomodo Christus inquit: Hic calix nouum Testamentum est in meo sanguine. Quò spectauit Ambrosius lib.4.de sacra.cap.6. Ergo quotiescumque accipis, quid tibi dicit Apostolus? Quotiescumq; accipiimus, mortē Domini annunciamus: Si mortem annunciamus, annunciamus remissio-

missionem peccatorum: Si quoties-
cunque effunditur, in remissionē pec-
catorum effunditur, debo illum sem-
per accipere, ut semper mihi peccata
dimittantur. Idem de sacrament. li. 5.
cap. 3. Bibi vinum cum lacte meo: vi-
des huiusmodi esse lātitiam, quæ nul-
lius peccati sordibus polluatur. Quo-
tiescunque enim bibis, remissionē ac-
cipis peccatorum, & inebriaris in spi-
ritu. Et Paschasius. Quapropter, in-
quit, ô homo, quotiescunq; bibis hūc
calicem, & manducas hunc panē, non
aliū sanguinem te putas bibere, q̄ qui
pro te & pro omnibus effusus est in
remissionem peccatorum. Item, quòd
hoc poculo muniti, ad resistendū Ad-
uersario acriūs, & ad profundendum
proprium sanguinem alacriūs excite-
tur & inflamentur. Quòd pertinet il
lud Cypriani. At verò, inquit, nūc nō
infirmis, sed fortib⁹ pax necessaria est:
vt quos excitamus & exhortamur ad
prælium, non inermes & nudos relin-
quamus: sed protectione sanguinis &

Lib. 1. Ep. 2.

DE SACRA COMMVN.

corporis Christi muniamus. Nā quomo^d docemus, aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quomo^d ad Martyrij poculum idoneos facimus, si non eos ad bibendum prius in Ecclesia poculum Domini, iure communicationis admittimus?

Lib. 4. c. 6. Idem alibi. Grauior nunc, & ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta & virtute robusta parare se debent milites C H R I S T I: considerantes idcirco se quotidie calicem sanguinis C H R I S T I bibere, vt possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere.

His & hisce similibus rationibus inducta Christi Ecclesia, Orientalis quidem in hunc usque diem, Occidentalis verò, siue Romana mille amplius annis continuis, non aliter quam sub dupli^ci hac specie in conuentu Ecclesiæ sacramētum hoc Dominici corporis & sanguinis administrasse legitur,
• idq;

idq; in pane & vino, atq; adeò separati: nisi quòd ætate Cypriani quidā extiterunt, qui prætextu , nescio quo, sobrietatis,in matutina præsertim synaxi, pro vino aquā obtulerunt, & populo ministrarunt: quos admodū grauiter B. Cyprianus arguit, q; in calice Domini sanctificando, & plebi ministando, non hoc fecerint, quod Iesus Christus, Dominus & Deus noster, sacrificij huius auctor & Doctor fecit & docuit. Ætate autē Leonis & Gelasij Pontificum, Manicheti hunc vniuersalem & perpetuum Ecclesiæ ritum violarūt: cùm in Ecclesia ad participatio- nē mysteriorū, de more cum reliquo fidei populo accedētes, corpus quidē Dominicū sumebāt, à calice verò dominici sanguinis abstinebāt: : idq; nō reuerētia aliqua sacrosancti sanguinis, sed quòd impia superstitione Christū vero sanguine præditum non putarēt: quos hac nota à reliquis fidelibus B. Leo discernendos docebat: & Gelasius eos qui à calice abstinebant (vt huius

DE SACRA COMMVN.

huius impietatis suspectos) aut vt more Ecclesiæ integra sacramenta perciperent compellendos, aut ab vtrisque pariter arcendos decernebat. Sed q[uod]a oportunus se locus offert, putauit hic annotandum, extitisse quendam nostra ætate virum eruditione & dignitate insignem, qui in celebri quodam opere scriptum reliquerit: In Concilio Ephesino decretum fuisse, vt sub specie panis tantum Eucharistia Laicis tradaretur, ad heresim videlicet Nestorij euertendam, quem nonnulli inter cæteros errores docuisse putant, sub specie panis corpus sine sanguine, sub specie vini sanguinē sine corpore continentis: atq[ue] hinc Laicā cōmunionem nomen traxisse putat. Sed qui hæc scribit, ad eam rem confirmandā alibi leuioribus coniecturis vtitur, quām vt refelli mereantur: præsertim cum ingenuè agnoscat, ex Actis Ephesini Concilij, quæ extent, nihil tale doceri posse: & qui integra Acta nondum euulgata Græcè legerunt, nihil tale in ijs haberi

haberi cōfirmant. Quare nemo quoque eruditiorum huius Ephesini Decreti meminit. Cōiectura verò quam adfert ex Leonis sermone & Gelasij Decreto (quorū ille triginta circiter annis Ephesinam synodum , hic verò totidem ferè annis priorem illum se- cutus est) prorsus cōtrarium euincit. Nam ex ijs manifestè constat , horum Pontificum temporibus communio- nem non nisi in vtraque specie in Ec- clesia vſitaram fuisse. Quomodo enim Manichæi hac nota deprehenderen- tur, quòd ingrediētes Ecclesiam, per- cepto cum reliquis corpore Domini, à sanguine redemptionis abstinerent: nisi calix Dominici sanguinis distribu- tus fuisset? Et quomodo superstitionis cōuincerentur, qui sumpta Dominici corporis portiōe, à calice sacrati cruo- ris abstinerēt: nisi calix ille sacrati cruo- ris omnib. in Ecclesia fuisset oblatus? Non igitur, vt quidam existimant, no- uo Decreto vtriusque speciei vſum hij sanctissimi Pontifices edixerunt : sed eos

DE SACRA COMMVN.

• eos qui solemnem hunc & receptum
sumendi calicis morem neglexerunt,
ille ut hæresis Manichæ affines notan-
dos & euitandos, hic ad vſitatā integri
sacramenti perceptionē cōpellēdos,
aut ab omni prorsus communione ar-
cēdos cēsūt. Quare hoc Gelasij decre-
tum ad solos Manichēos pertinet: Nā
Catholicis nouo decreto opus non e-
rat, q̄ receptā integra sacramēta perci-
piendi cōsuetudinem religiosē ferua-
bant. Nā qui ad solos cōficientes Gra-
tianū, vel certē eius Sūmatores & glo-
satores secuti, hunc canonē referebāt
(in quibus ēst etiam hic vir, alioqui
doctissimus, cui modō memimimus)
ab alijs eruditione præstantibus, qui
temporum circumstantias & dictorū
cauſas diligentius obseruarunt, aper-
tē refellitur. Quāquam antiquissimæ,
quas manu scriptas vidi, in eundē ca-
nonē glossę, tametsi eum de conficien-
tibus intelligūt: tamē eū sui adhuc tē-
poris morem fuisse manifestē decla-
rant, vt extra necessitatem Laici haud
secus

secus atque sacerdotes integra sacra-
menta p̄cip̄erent. Ita enim vna glos-
sa habet, ad illud, Aut **integra**. Id est,
integre, sub vtraque enim specie Chri-
stus integrē sumitur, & hoc intelligo
de conficiente: nam infirmus vel sa-
nus, in necessitate sine vino corpus su-
mere potest: Altera verò, ad illud, Si-
ne grandi sacrilegio: Intelligitur istud
in Sacerdote sacrificāte, In alijs enim
non semper sic iudicandum: cùm ma-
xima infirmitate superueniente, ho-
stiam quidam sumere possunt, sangu-
inem autem bibere non possunt.

Item iam olim in quibusdā prouincijs tentatū, & postea in Gallicanis po-
tissimū Ecclesijs usurpatū, & nunc per
Græciā & Armeniam receptum est,
vt intincta in sanguinem Domini do-
minici panis portio vulgo fidelis po-
puli porrigitur. Quamuis illud Iulij De conse-
Pontificis decretō in Concilio Bra- dist. 2. cap.
carensi repetito, vt Euangelio mi- cū omne.
nus consentaneum, interdictum lega- & Concil.
tur. Inualuit tamen hæc intingendi Brac. 3.
cap.

CON-

DE SACRA COMMVN.

consuetudo etiam in Prouincijs Occidentis Romanæ Ecclesiæ subditis : quod tamen Iuo, non auctoritate, sed summa necessitate fieri agnoscit : timore videlicet effusionis in populi

Li. 2. ca. 35. multitudine. Quomodo & in Clunia de sacerdo censum institutis, Nouitijs eorū cor te hebdo madario. pus Christi in sanguinem intinctum, traditum fuisse legitur. Quamuis id contra usum aliarum Ecclesiarum fieri agnoscant: ne propter eorum ruditatem negligentia incurreretur. Atq; hic intingendi mos in communicacione paruulorum & infirmorum, etiā apud antiquiores usurpatus videtur:

Serm. 4. de lapis. vt ex Cypriano & Prospero colligi potest. Apparet autem hos quoque, qui hunc intingendi morem receperunt, ad plenam & legitimam communionem duplarem hanc speciem quoqu modo adhibendam censuisse. Quid enim attinebat panem dominicum in mysticum vinum sanguinis Domini intingere, si alterum per se ad veram & legitimā cōmunionem sufficiebat?

Quare

SVB VTRAQVE SPECIE.

Quare non puto demōstrari posse, totis mille amplius annis in vlla Catholice Ecclesiæ parte sacrosanctū hoc Eucharistia sacramentum aliter in sacra Synaxi è mensa Dominica fideli populo, quam sub vtroq; panis viri quæ symbolo, administratum fuisse. Nisi quòd apud Latinos, Parasceues die solo pane pridie sanctificato & reseruato communio fieri videatur. Sed grauiores auctores, qui ante aliquot secula de Ecclesiasticis officijs scripsérunt, Ordinis Romani auctoritatem ad cōprobandam plenam populi cōmunio nem, ex hoc ipso ritu adducūt. In quo Ordine iubetur, ut in Parasceue vinū non cōsecratum cum Dominica oratiōe, & Dominici corporis immissione consecretur: vt populus plenè possit communicare, siue (vt aliis quidā in Ordinario Romano legi affirmat) ut contactu Domini corporis integra fiat communio. Idem censendum de Liturgia ἀροτριασμένων, id est, præsanctificatorū, siue imperfecta, quæ apud

C Græ-

DE SACRA COMMVN.

Gr̄cos per Quadragesimam celebra-
batur quinque illis diebus hebdoma-
dæ (qui sunt pr̄ter Sabbatū & Do-
minicū) quibus oblatio & cōsecratio
non fiebat, sed sola ex pr̄sanctificatis
distributio. Nam & illic vinū & aqua
in calicem mittitur, & in precibus an-
te Communionem corpus & sanguis
Domini commemoratur. Quāquam
hic ritus Gr̄corum grauiter ab Hum-
berto Syluæ candidæ Episcopo aduer-
sus Nicetam reprehendit, ut quem
Christi instituto cōtrarium afferat: q-
nusquam imperfectam, sed perfectam
tantum passionis suę cōmemorationē
Discipulis suis tradiderit, qua constat
benedictione, fractiōe, & distributio-
ne. Si cui verò omnino videatur, nul-
lam in hac actione Dominici sanguini-
nis dispensationem fuisse, cogitet hāc
in sam Dominici corporis cōmunionē
fuisse extraordinariā, hoc est, pr̄ter le-
gitimā & ordinariā Dominici panis &
calicis cōsecrationē, & oblationē, eos-
que qui his diebus de reliquijs Domi-
nici

nici corporis cōmuniçabant, antea in
legitima & perfecta mysteriorum cele-
bratione de calice Dñi participasse.

Nō satis igitur consideratē scribere
videntur, qui apud veteres etiā in pu-
blicis conuentibus, & ordinaria admi-
nistrazione indifferentem vsum huius
sacramenti in vna vel duplii specie
probare nituntur. Nam vt aliquando
in altera specie vel panis vel vini Eu-
charistia data & percepta sit: id tamē
priuatim & extra ordinem, & non nisi
quodammodo necessitate impellente
factum apparet. Quæ verò vulgò etiā
à doctiss. viris argumēta adferri solēt,
si diligētius inspiciātur, nō satis solida
& firma vidētur. Primū quod
de Christi exēplo in Emaunte profer-
tur, infirmū est. Nā si demus illic Chri-
stū sub sola panis specie sacramentum
corporis sui discipulis illis duob. præ-
buisse: consequetur Christum quo-
que illic sub altera tantū specie hoc
sacramentum corporis & sanguinis
sui cōsecrass̄e. Vt enim solūm panem

C 2 illic

DE SACRA COMMVN.

* Caiet. i. 3. illic discipulis datum , ita solum panē par . Tho. à Christo benedictum legimus . Qua-
Sicut sa-
cilegus es re si hoc exemplum ad alterius speciei
set Sacer- distributionem cōfirmandam valeat,
dos conse- valebit etiam ad consecrationem in al
crando pa tera tantūm specie comprobandum:
nē & nō vi nū, ita sa- cūm tamen disertè doceatur, Sacerdo
cilegij re^o tes sacrificantes ante mysteriorum di
eſſet ſumē ſtributionē ex Christi instituto & mā-
do panem ſanctū, & dato, ad vtriusq; speciei consecrationē
non ſumē & ſumptionem aſtrigi. * Quare hoc
do calicē. factum Christi in exemplum trahi nō
Hof. in cō- fess. Petri. potest. Eiusdem generis eſt, quod de
co. Bib. ex fractione panis ex Actis Apostolicis
h.o. Si hic adducitur, quo nonnulli Apostolos
ſensus eſt, Hierosolymis sub Iacobo Episcopo in
non licere. Hierosolymis sub Iacobo Episcopo in
ſacerdoti- altera tātūm, hoc eſt, panis specie hoc
bus aut cō ſacramentum administrasse, probare
ſicere, aut conantur. Nam ſi hēc fractio panis de
offerre, aut oblatione Dominico conuiuio intelligatur: ne-
facta Chri- ceſſarium erit, vt vſitatā in ſcripturis
ſi corpus diuiniſ ſynechdochē, totius huius my-
& ſanguinē ſtici conuiuij celebratio (quæ confe-
niſ ſub v- cratione, & dispensatione vtriusque
traq; ſpe- ſymboli conſtat) nomine fractionis pa-
cie, Deiver
bum eſt. nis

nis significetur: Nisi dicas hanc Do- Græci in-
 minicam cœnam in his conuentibus, terp. fra-
 sola dominici panis distributione & ctionē pa-
 communicatione, nulla dominici pa- nis de com
 nis & calicis, aut panis tantummodo, muni &
 non item calicis consecratione & ob- vulgari pa
 llatione antegressa celebratam fuisse: ne intelli-
 quo quid absurdius? gunt: atq;
hac panis
fractione,
simplicem
& frugale
viētū signi
ficari: quo
Discipuli
post acce-
ptū Spirit.
sanct. vte-
bantur.

Adferri quoq; in medium solet do- mestica siue priuata communio, cuius Tertullia. Cypria. Hieron. & Ambro. meminerunt, quæ sola panis domini- ci sumptione constabat. Atqui hanc Cōmunionem, quamuis extra ordinē fuerit, tamen nō prorsus à Calice Do- mini se iunctam fuisse constat. Olim enim tam apud Romanos quām Græ cos in more fuit, vt qui in sacro Eccle siæ conuentu, qui Dominicis potissi- mū diebus agebatur, de manu Sacer- dotis Eucharistiam sumebant, & cali- cem Domini in Ecclesia bibebāt, par- ticulas aliquot Dominicī corporis, quas in promptu semper haberēt (vn- de quotidie, cùm vellent, sumerent)

DE SACRA COMMVN.

domum secum asportarent: tūm q̄ sin
gulis diebus cōuenire, præterim tem
pore persecutionis, nō licebat: tūm vt
repentino aliquo periculo incidente,
sacramento salutis non penitūs priua
rentur. Atq; hanc Cōmunionem non
fuisse separatam penitūs à Calice Do-
mini, ingenuè agnoscit Decanus ille
Louaniensis, qui in expositione suorū
Articulorum, hæc inter alia scribit.
Prætereo, inquit, historiam de Satyro
fratre B. Ambrosij, quem corpus Do-
mini secum in naui habuisse testatur
idem Ambrosius: Ex quo simul & Ser-
mone Cypria. de lapsis videtur, quod
illis temporibus sanguinem Domini
ex Calice omnes bibebant, & quod
corpus Domini ijs in manus dabatur:
vt vel statim sumerent, vel secum por-
tarent domum, ibique sumerent: ita,
ut per temporum interualla biberent
ex Calice Domini, & corpus Domini
manducarent. Hæc ille.

De Laicaverò cōmunione, quam-
uis eā viri quidā doctissimi huc perti-
nere

nereputauerint, superfluum modò est
vt dicatur: cùm hodie Doctiss. quiq;
& rerum Ecclesiasticarum peritissimi
ingenuè agnoscant, ea quæ de Laicis
communione apud veteres leguntur,
non de alio communicandi genere,
sed de gradu, ordine, & loco commu-
nicantium intelligi debere: quod alia
loquendi forma dicebatur, inter Lai-
cos, cum Laicis, & vt Laicum commu-
nicare. Erat enim poenæ quoddā Cle-
ricorum genus, quo in crimē aliquod
lapsi, ab officio & ministerio factō, ad
tempus, vel in perpetuum remoti, ad
communicationem tantummodo Sa-
cramentorum corporis & sanguinis
Domini (quem communicandi mo-
rem tunc Laicis usitatum fuisse con-
stat) cum Laicis, ordine post Clerum,
& loco extra chorūm, admittebantur.
Qua de re videre licet Cyprianum
lib. 2. epist. 1. & lib. 4. epist. 2. Concil.
Agathens. capit. 51. Gregorium lib. 4.
epistol. 5. & distinct. 85. ex Epistola
Syriicij.

DE SACRA COMMVN.

Huius Laïcæ communionis exemplū
hodieq; extat apud Ecclesiāq; Æthio-
picam. Sic enim in nauigationib. Fran-
cisci Aluares legitur: Presbyterum , si
in cōiugio cum altera rem habeat, aut
viduus vxorem ducat: inter Laicos re-
digi, nec crucem amplius manu gesta-
re, nec Ecclesiam intrare, sed ad portā
Ecclesiæ cum Laicis cōmunicare. De
communione verò Laïcorum idem
apertè testatur : quotquot videlicet
communicant de corpore, totidem
etiam communicare de sanguine.
Ingenuè itaque Decanus ille Loua-
niens. fatetur, ex Laica Sacerdotū cō-
munione non probari alterius tātūm
speciei communionem: intelligi enim
Laicam communionem qua Laici cō-
municant, siue sub vna, siue sub vtraq;
specie.

Idem de peregrina communio-
ne, cuius in Agathensi synodo men-
tio fit, censendum puto : intelligi vi-
delicet eam communionem inter pe-
regrinos, seu cum peregrinis. Con-
stat

stat enim ex B. Ambrosio, præter statos dies, quibus Incolis bis in hebdomada mysteria celebrabantur, nonunquam extra ordinem, ferè quotidie peregrinis aduentantibus, mysteria celebrari & administrari solere. Ita enim in prior. ad Timoth. 2. Omni, inquit, hebdomada offerendū est, etiam si non quotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in hebdomada.

Si verò aliquando infirmis & à vino abhorrentibus corpus tantummodo Dominicum in panis specie perrebatum fuerit, ad rem non pertinet: cùm nos de ordinaria in Ecclesiæ conuentu administratione loquamur: hoc verò si quando factum est, extra ordinem factum sit, & necessitatis caussa, quæ legem non habet. Alioqui Iustinus Martyr auctor est, ætate sua Diaconos, celebrata in Ecclesia Synaxi, Sacramenta In 2. Apo- logia.

Corporis & sanguinis Domini ad absentes deportasse. Beda quoq; Histor. Eccle. lib. 4. cap. 14. pueri cuiusdā meminit, cui diuinitū denūciatū fuerat,

DE SACRA COMMVN.

antequam è vita in cælum migraret,
expectandum esse, donec Missis cele-
bratis, viatico Dominici corporis &
sanguinis muniretur. Et in Concilio

Cōcil. Tolet. mentio fit quorundā ægrorū,
Let. II. ca. II. qui p̄ter Dominici calicis haustū, tra-
ditam sibi non poterant Eucharistiam
deglutire. In capite verò quodā Cōci-
lij Turonensis, quod est apud Iuonē,
Reginonem, & Burchardum decerni-
tur, vt Eucharistia, quæ in viaticum è
vita excedentium reseruatur, intincta
sit in Sanguinem Domini, vt presby-
ter possit veraciter dicere, Corpus &
Sanguis prodit tibi in vitam æternam.

Euse. Hist. Eccl. lib. 5. Quod de transmissa Eucharistia ad Vi-
tæ. scribit Irenæus, intelligi potest
ex consuetudine, cuius Iustinus me-
minit, qua Diaconi ex consecratis pa-
ne & vino mixto, peractis iam myste-
rijs, portionem ad absentes deferre so-
lebant. Ita credibile est Romanos Pon-
tifices post celebrationem mysterio-
rum, si qui Episcopi peregrini fortè
aduentassent, quos sua communione
dignos

dignos putabat, per Diaconos Euchariæ iam consecratæ, hoc est, panis & vini sanctificati portionem transmisisse: quibus aliquando etiam colligendi, & Eucharistiam in Ecclesia conficiendi facultatem concesserunt: quod idem Irenæus de Aniceto scribit, qui Polycarpo παρεχώρησεν εὐχαριστίαν. De fermeto, quod auctore Melchiade (cuius Epiſtol.) & Innocentius meminit) celebrante ad Decēt. per dies Dominicos Pōtifice, presby Eugub. Ep. pīſco.ca.3. teris urbis per titulos absentibus mittebatur, Nicolaus Cusanus Elogiæ Epist. 7. ad Bohemos. potius, q̄ Eucharistiæ rationē habuisse tradit. Quod hinc quoq; verisimile est, q̄ hæc trāmissio nō p̄ Diaconos, sed per Acolythos facta sit. Nec refert, q̄ ab Innocēt. sacramētū vocetur: cūm Aug. id quod accipiūt Catechumeni, De peccator. meritis & remiss. lib. a. cap. 16. quis nō sit corpus Christi, esse tamen sacramētū asserat. Verūm ut demus v̄trobiqu; Eucharistiā, vt qdā intelligūt, in altera tātū specie trāmissā fuisse, id tamē extra ordinē & extra legitimam administrationē factum fuisse cōstat.

Reliqua

DE SACRA COMMVN.

Quæ autem ex Patribus proferuntur,
qui aliquando alterius tantum speciei
meminerunt, ea aut alteram speciem
non excludunt, aut de extraordinaria
vel priuata loquuntur. Atq; hæc sunt
præcipua argumenta, quæ in hanc sen-
tentiam adferri solent. In quibus q; pa-
rum sit roboris, satis opinor, ostensum
est. Nihil enim aduersus publicam, so-
lemnem, & ordinariam cōmunionē,
quæ semper in Ecclesia in vtraq; spe-
cie fiebat, hæc faciunt. Quamuis quæ-
dam eò pertinere possint, vt non ita
necessaria vtriusq; simul speciei cōmu-
nio habeat, quin aliquādo extra ordi-
nē altera seorsim species sumi possit.
Si quis autem requirat, quam veteres
huius discriminis priuatæ & publicæ
communionis caussam habuerint, is
ita habeat: duplē esse finem huius
sacræ communionis: Commemora-
tionem seu repræsentationem passio-
nis Christi: & Gratiam spiritualis nu-
tritionis, seu sanctificationem ex cor-
pore & sanguine Christi. Ad hāc com-
memo-

memorationem & repræsentationē,
quæ in celebratione diuinorum my-
steriorum fit, consecrationē, oblatio-
nem, & distributionem ac participa-
tionem vtriusq; sacramenti, corporis
& sanguinis, pertinere censebant. Pri-
uatum verò extra celebrationē myste-
riorum, in qua sola gratia & sanctifica-
tio quæritur, participationem Christi
in altera specie sufficere putabant, si
vtriusq; simul consequendæ facultas
negabatur: cùm hæc gratia & sanctifi-
catio in altera specie, quæ Christum
omnis gratiæ fontem continet, si ido-
nea fide sumatur, plenè impetrari &
percipi queat. Hæc de veterum sente-
tia, & prisca Ecclesiæ consuetudine di-
cta sint.

Porrò manifestum est, quòd postre-
mis his aliquot seculis à separata vtri-
usque speciei distributione, primùm
ad intinctionem, à dispensatione verò
intinctæ in sanguinem Christi Eucha-
ristiæ, paulatim primùm in quibusdā
Ecclesijs Occidentis ad solius sanctifi-
cati

DE SACRA COMMVN.

cati in corpus Domini panis exhibitionem deuentum sit: quæ consuetudo tandem omnes ferè Ecclesias Occidentis inuasit, donec postremò in Concilio Constantiensi publico Decreto sanciretur. Cuius rei eadem præcipue causa fuit, quæ intinctionis: nempe effusionis metus, quod tūc potissimum cœpisse videtur, cùm panis forma, quæ antè solidior erat, in hanc speciem intinctioni minùs aptam transformaretur. Hanc certè consuetudinem qui initiò admirerunt, Christi institutum & vetustum ac Catholicum Ecclesiæ morem non sic interpretati sunt, vt eo absolutam vtriusque speciei distribuendæ necessitatem præscribi & exigi putarint, ita vt in altera tantum specie distributio, nefaria & Christi præcepto simpliciter contraria sit habenda: sed populo & Clero non sacrificari, ad vim & efficaciam huius sacramenti percipiendoam, in altera, hoc est panis specie perceptionem sufficere putauerunt:

Præ-

Præsertim cùm in specie panis verum
sacramētū corporis Christi præ-
beatur, quod qui dignè sumat, inte-
grum Christi corpus (quod carne &
sanguine constat) & perfectam sanctifi-
cationem, percipiat: & cùm certum
sit, in veteri quoque Ecclesia, si necel-
sitas aliqua & incommoditas sanguini-
nis vsum prohibebat, in solo Domi-
nico pane perceptam aliquando Eu-
charistiā fuisse. Ut de domestica cōmu-
nione Tertullianus & Hieron. testan-
tur: Basilius quoq; de Eremitis, quib.
Sacerdotis copia non erat, scribit eos
communionem domi seruare, & à se-
ipsis communicare consueuisse, idque
in Alexandria & Ægypto vt plurimū
à populo quoque fieri. Maximè au-
tem id in communione infirmorum
aliquando contigisse manifestum est.
Statuebant itaque ob certas & gra-
ues cauſſas, quæ necessitatis pondus
habere videbātur, sanguinis Domini-
ci exhibitionē in populo cōmunicādo
omitti posse. Quomodo de intinctiōe

Iuo

Epist. ad
Cæſar. Pa-
trit.

DE SACRA COMMVN.

Iuo loquitur: Populum videlicet in-
tincto pane communicari non aucto-
ritate, sed summa necessitate timoris
effusionis Dominici sanguinis : quod
postea ad solum sanctificatum panem
translatum est. Itaq; inter caussas hæc
vna præcipua fuit, periculum, vt dixi,
effusionis, & irreuerentiæ erga sanguini-
nem Domini: cui aliqui adjiciunt pe-
riculum erroris, ne videlicet quisquā
corpus Domini exangue in panis spe-
cie dari falsò existimaret. Cui rei indi-
cio est, quòd auctoribus Richardo de
media villa, & Petro de Tarantasia
(postea Pont. Max. Innocentio 4.no-
minato) presbyteris ministris Alta-
ris, & Maioribus è populo, à quibus
hæc pericula non timebantur, sub v-
traque specie sacramenta dabantur:
quod adhuc pøst Concilij Constatién-
sis tempora obtinuisse, Thomas V Val-
densis aduersus VVioletum testatur.
Apparet itaque, quòd his periculis se-
motis, cōmunio in vtraq; specie, etiā si
non simpliciter necessaria, conueniē-
tior

tior tamen & congruentior habebatur. Id quod eorum quoque Scriptorum testimonio, qui post eam etatem, qua haec consuetudo coepit, vixerunt, probari potest. Nam quamvis hodie non minorem alteri, quam utriusque speciei efficaciam inesse doceatur: antiquiores tamen maiorem esse efficaciā & gratiam in utriusque speciei sumptione tradiderunt. In quibus Alexander ab Hales: Sumpto, inquit, hoc Sa- Quæst. 32.
cramento dignè in utraq; specie, ma- memb. 1.
ior est effectus unius corporis mystici artic. 2.
cum capite, quam sumpto sub altera.
Et alibi: Licet illa sumptio quæ est in Quæst. 53.
accipiendo sub una specie sufficiat, il- memb. 1.
la tamen quæ est sub duabus, est maioris meriti: tūm ratione augmentationis deuotionis, tūm ratione fidei dilatationis actualis, tūm ratiōe sumptuonis completioris. Et paulo post. Sumptio, inquit, sub utraq; specie, quæ modum sumendi tradidit Dominus, est maioris efficaciæ & complementi.
Amarchanus quoq; cōtra Armenios;

D Non

DE SACRA COMMVN.

Non est, ait, negandum, sed firmiter
astruendum, quod sumptio sacramen-
talis corporis & sanguinis Saluatoris
multum prodest fidelibus ad vitam
spiritualem augendam. Idem Amar-
chanus eodem loco Armenio obijci-
enti dictum Christi, Nisi mandu. car-
fil.ho.& bib.eius sang.respondet, Di-
ctū hoc Saluatoris, si quis omnino de
sacramentali bibitione accipiat, intel-
ligendum esse cum modificatione, sci-
licet, quod vtrunq; sumere certo tēpo-
re, aut velle sumere, & esse paratū ad
hoc, quātum in eius potestate est, ne-
cessarium est ad vitam spiritualem ha-
bendam: Quia nisi quis adultus Chri-
stianus esset paratus ad hoc, quantum
in ipso est, cōtemneret fidei sacra-
mentum, & vita careret. Decanus item Lo-
uaniensis in defensione suorum Arti-
culorum, affirmat non esse sine diffi-
cultate, an fructuosus sit, & plus gra-
tiæ afferat sacramētalis cōmunicatio
sub vtraq; specie, q; sub altera tantū:
idq; multis de caussis. Primò quod sit
alius

alius effectus cibi, & aliis potus: nā sitim potus famē cibus sedat: Secūdō,
q̄ sub vtraq; specie sacra Eucharistia ve
rē sacramentū est: nec minus efficax
est Christus in sanguine suo sub vini
specie, q̄ in corpore suo sub specie pa
nis. Nec inutilis esse potest sanguinis
Christi potus sacramentalis, si dignè
& legitimè sumatur. Et quia sacra
mentum est species vini, sacramēta autem
omnia, iuxta regulam communem, ex
opere operato gratiam conferunt: po
tus sanguinis proprium habet effectū
spirituale, sitim sedādo spirituale,
vel augendo aut confirmando gra
tiam acceptam in communione corpo
ris. Nec sufficiens est responsio, si dica
tur sub vtraq; specie totus esse Chri
stus, & ideo eundē operari effectum:
quia in hoc sacramento solum per cō
comitantia, nō ex virtute cōsecatiōis
totus est Christus: & ideo secūdariō,
& quasi per accidens. Et quamuis sub
vtraq; specie totus sit, operatur tamē
secundum earum significationem: &

DE SACRA COMMVN.

vtitur sub vna, corpore tanquā instrū
mento, sub altera, sanguine. Et cùm sa
cramenta conferant gratiam, quam si
guificant: quando completior & per
fectior est significatio, pleniorē opor
tet esse effectum. Idem concedit, con
siderādo virtutem corporis & sanguini
nis sub proprijs speciebus, plus gratiæ
spiritualis sub vtraque conferri, quām
sub altera tantūm specie. Hæc ille.
Quod autem postremò ad hęc omnia
respondeat: ea tantūm cōcludere secun
dum quid vtilius esse vtraq; specie cō
municare populum, habito scilicet re
spectu ad efficaciam & virtutem sacra
menti sub vtraq; specie, quæ verò in
contrariū adferuntur, simpliciter con
cludere, nō esse id populo Christiano
vtilius, propter eius indeuotionem,
quæ faceret sine fructu potare de cali
ce Domini, &c. quām rectè hæc dican
tur, pijs & æquis hominibus confide
randum relinquo. Videbitur enim for
tassis aliquibus, ea quæ à propria virtu
te & efficacia sacramenti ducuntur, ma
gis

gis simpliciter concludere: quæ verò de periculo irreuerētiæ & indeuotio-
nis populi dicuntur, potius esse acci-
dentaria, & concludere secundū quid,
hoc est, habita ratione indeuotionis,
quæ planè impertinens est sacramēto,
& omnibus modis à populo, tā in cor-
poris, quām in sanguinis sumptione
remouenda. Huc quoq; accedere vi-
detur regula illa de sacramentis, quæ
aliquoties extat apud Albertum Ma-
gnum. Sacramentum Ecclesiæ nihil
in gratia causat, quod non ex similitu-
dine significat: siue Sacramentum no-
uæ legis nullius caussâ existit, nisi cu-
ius imaginem sensibilem gerit. Cùm
igitur manducatio corporis in panis
specie nullam imaginem & similitudi-
nem gerat potus spiritualis de sangui-
ne Christi, neq; sanè gratiam hāc spi-
ritualis potionis ex vi quidē sacra-
men-
ti conferet. Plus igitur gratiæ spiritua-
lis conferet digna māducatio & potio
sacramentalis, quia plus ex similitudi-
ne repræsentat, atq; significat. Nam, ut

D 3 in-

DE SACRA COMMVN.

Li. 4. ca. 21. inquit Innocentius tertius: Quāmuis sub specie panis sanguis sumatur cum corpore, & sub specie vini corpus sumatur cum sanguine: tamen nec sanguis sub specie panis,, nec corpus sub specie vini bibitur & comeditur. Quia sicut nec sanguis comedit, nec corpus bibitur, ita neutrū sub specie panis bibitur, aut sub specie vini comedit. Sed vt hāc de efficacia disputationē omittamus , sunt sanè p̄terea multæ grauesq; cauſſæ, q̄ hanc cōmunionē in vtraq; specie fidelibus cōmēdent, & omnibus modis exoptandam demonſtrent: q̄ ferē omnes consentiunt cum ijs rationibus, quibꝫ veteres adductos fuisse diximus, vt in legitima & ordinaria administratione, corpus & sanguinē Domini iuxta Christi institutum & exemplum in vtraq; specie fidieli populo dispensanda esse iudicarēt. Nā hæ oēs rationes etſi non ſimpliſter necessariam, tamen magis conuenientem & congruam huiusmodi integrā dispensationē conuincūt.

Agno-

Agnoscunt id quoque Scholasti*cō* scri
ptores, qui postremis his seculis fue-
runt. Ex quibus Thomas cōtra Gēti- Li. 4. ca. 6.
les: Quia, inquit, cōplemētum nostræ
salutis factum est per passionē Christi
& mortē, per quam eius sanguis à car-
ne separatus est: separatim nobis tra-
ditur sacramentum corporis eius sub
specie panis, & sanguis sub specie vini:
vt sic in hoc sacramento passionis Do-
minicæ memoria & repræsentatio ha-
beatur, & secundūm hoc impleatur
quod Dominus dixit Ioan. 6. Caro
mea verè est cibus, & sanguis meus ve-
rè potus. Idem in tertia parte summæ,
Quamuis totus Christus sit sub vtraq;
specie, non tamen frustra. Nam primō
hoc valet ad repræsentandam passio-
nem Christi, in qua seorsim fuit san-
guis à corpore separatus: Secūdō hoc
est conueniens usui huius sacramenti,
vt seorsim exhibeatur fidelibus corpus
Christi in cibum, & sanguis in potū.
Et ante eū Alexāder de Hales. Afferit
eum qui accipit sacramētum sub spe- In 4. quest.
pri. artic. 2. ad
primum.

DE SACRA COMMVN.

cie panis, non accipere perfectè Sacra
mentum, quantum ad sacramentalem
sumptionem. Quia ad esse perfectum
Sacramenti, requiritur repræsentatio
ex institutione: vna autem specie non
repræsentatur res Sacramenti integrè
& perfectè, ideo non est ibi Sacramen

Memb. 2. tum perfectum. Idem affirmat multi-
plicem esse rationem, quare sub dupli-
ci specie detur hoc Sacramentum: at-
que inter cæteras vnam esse, quæ su-
matur ex cauſa institutiōis. Quia hoc
Sacramentum institutū sit ad augmen-
tum charitatis & vniōnis, & ad recor-
dationē beneficij redēptionis: spe-
cie panis offerri effectū vniōnis: specie
vini, quæ est Sacramentum sanguinis,
memoriam redēptionis, &c. Plura his
consentanea adduci possint ex Alber-
to Magno, nisi longius esset: qui inter

In 4. dist. cætera inquit: Non perfectè causari &
8. art. 13. signari usum fidelium & vnitatē cor-
poris mystici, nisi duplice signo: & id-
cō virtute Sacramēti oportere habere
vtrunq;. Petrus verò de Palude inter
cæte-

cæteros duplēm scribit esse debere ^{In 4. dist.}
materias huius sacramēti, scilicet ma ^{ii. art. i.}
teriam cibi & potus : quia effectus fa-
cramenti debet perfectē repræsentari
per materiam, modo conuenienti na-
turalibus : quia sacramenta efficiunt
quod figurant. Sed huius sacramenti
effectus est perfecta animi refectio, er-
go materia repræsentās debet esse per
perfectam corporis refectionem, quæ
non est, nisi per cibum & potū. Bona-
uentura quoq; tradit, in hoc sacramē- ^{In 4. dist.}
to ex duobus signis vnum & perfectū ^{8. quest. 2.}
resultare signum & sacramentum, cu-
ius integratatis ratio dispositiūè ve-
niat à natura: quia nec panis est per se
plenē reficiens, nec vinum, sed vtrun-
que vna plena refectio: completiūè
verò veniat ab institutiōe diuina, quæ
institutio hæc duo signa ordinauit, ad
significādā vnā perfectam refectionē.
Inuenio etiam, qui exponendo loco
Pauli, Quotiescunq; manducaueritis,
&c. inter cætera hanc differētiam an-
notet commemorationis sacramenti

D 5 cor-

DE SACRA COMMVN.

corporis & sacramēti sanguinis: quod
sit in hoc sacramento commemoratio
redemptionis à pœna, & commemo-
ratio acquisitionis hæreditatis æter-
næ. Quorum illud, hoc est, cōmemo-
ratio liberationis gehennæ, ad sacra-
mentum corporis, hoc verò, id est, cō-
memoratio acquisitionis gloriæ, ad sa-
crumentum sanguinis referatur. Omit-
to reliqua, q̄ cōmemorare longū esset:
vnū adferā Decanū Louaniensem, vi-
rū nostro seculo summæ auctoritatis.
Is cùm disputatione, vtrū magis expediatur
Ecclesiæ, an quod populus sub vtraq;
specie, an sub altera cōmunicet, tandem
respondeat his verbis. Quod habitu re-
spectu ad sacramentum, eiusq; perfe-
ctionem, magis conueniret sub vtraq;
specie fieri cōmunionem, quam sub al-
tera tantum: hoc enim magis consol-
num est eius institutioni & integritati,
& refectioni corporali, imo & ex-
emplo Christi & Patrum primitiæ
Ecclesiæ. Adfert quoq; exemplum Ec-
clesiæ Romanæ, in qua in canone si-
mul

S V B V T R A Q V E S P E C I E .

mulcōpleteōdo assistentes, dicimus. 30
Vt quoquot ex hac altaris partcipatiōe sacroſanctū filij tui corpus & ſanguinē ſumpferimus &c. & expreſſionem in ea eſſe mortis Domini repræſentationem. Et alibi agnoscit, Sanctos interpretando verba Saluatoris, Ioan. 6. accommodare ea ad eſum & potum ſpiritualē, maximē quia in eo-rū Eccleſijs moſ obtinebat, quod ſub vtraque ſpecie toti populo ſacramen-tum miniftraretur: & quia perfectiſſi-mus ſit hic modus manducandi car-nem, & bibendi ſanguinem: & verba Saluatoris: Niſi mand. car. fi. ho. & bi. eius ſan. in ſacramentali manducatiōe pleniū & perfectiū impleātur, & cū fructu maiore. Non poſſum hic præ-terire Scriptorem quendam recentē, Thomam Elysium Neapolitanū, qui in grandi quodā volumine, quod Cly-peū piorū aduersus hærefes inscripsit, cūm in defenſionē alterius ſpeciei omni conatu incumbat, tamē hæc verba ſubijcit. Stādo, inquit, in expositiōne

B. Au-

DE SACRA COMMUN.

B. Augustini, licet verissima sit, tamen concludit, quod omnes adulti non habentes obicem, deberent sumere sub utraque specie: ex quo habeant sumere corpus & sanguinem sacramentaliter, quod est sumere corpus sub specie panis, & bibere sanguinem sub specie vi- ni, ut dicit Christus. Sed haec obiter.

His autem tantis, tamque multis rationibus, vna in contrarium ratio opponitur, periculum videlicet sacrilegij, quod haec communio populi in utraque specie adiunctum habeat, in sparingendo sanguine Christi. Quam rationem pii & eruditis viris expendenda relinquo, an tanti esse debeat, ut tales varijs & graibus rationibus, que si non necessitatem absolutam, certe insignem utilitatem & congruentiam huius integræ communionis demonstrant, meritò opponi & anteponi possit: præser tim cum hoc sacrilegij periculum in effusione sanguinis, non necessariò huic integræ communioni annexum sit: Alioqui enim Ecclesiam veterem uniuersam

uersam sacrilegij insimulabimus : Sin autem necessariò annexum nō sit, omnino huic periculo certis cautionibus occurrere licebit. Quod apud veteres factum est, hodieque in omnibus ferè Ecclesijs, quæ sunt extra fines Latinos fit, & haud ita difficulter fieri possit. Il lud autem de periculo erroris , ne videlicet exangue corpus dari quis putet, non tantopere vrgetur : tūm quòd hoc prorsus à sacramento extraneum sit, & in sola hominum opinione possum, cui meliore doctrina occurri possit: Quid enim est tam sanctum, quod impij in occasiōne erroris vertere nequeant? Deinde, quòd nec iij quidem, qui Ecclesiæ aduersarij habentur, hāc caussam vñquam adferant: ideo vide- licet in vtraq; specie cōmunionē fieri debere, quia in pane corpus mortuū & exangue, in calice crux extra corpus tradatur. Quin potius in celebri Confess. quadam Confessione apertè profiten tur, se nō negare quin totus Christus, tām pane, quām vino Eucharistiæ di- spen-

DE SACRA COMMVN.

spenseretur. Tertiò, quòd hæc mutatio consuetudinis in vtraq; specie cōmu-nicandi, non ex constitutione aliqua cœpisse, sed paulatim, contraria con-suetudine inoleuisse dicatur: cui periculum hoc effusionis, vel solū vel præ-cipue occasionem dederit.

Non satis aut̄ sibi constare videtur vir quidam magnæ auctoritatis, cuius nomen honoris cauſſa ſupprimō, qui hæc pericula & scandala ſacrilegij & irreuerētiæ ex ſanguinis effuſione tan-topere vrget, ut ſcribat huic periculo nō poſſe prouideri, niſi per calicis ablationē, ac niſi à Rectorib. Ecclesiæ id fiat, oēm culpā illis imputandā: pſer-tim qā hoc ſacrilegiū nō ſit inter casus inopinatos & raro cōtingentes. Atqui idē ipſe fatetur Patrū tēpore eadē pe-ricula fuiffe metuēda, Patresq; ijs peri-culis fuiffe cōmotos afferit: ſed ne ea tollerent, maiore periculo fuiffe pro-hibitos, quod ex mutatione diuturnę cōſuetudinis (quā Paulus approbaue rat, & ferè tota obſeruabat Ecclesia,

quæ-

quæq; nil in se mali habebat) metue-
batur: quibus de cauissis à Patrib. mul-
to tempore fuisse dissimulatum. Quid
verò si quis dicat, si tam grāde , & tam
præsens sacrilegij periculū & scandalū
iniminebat ex dispēlatione sanguinis,
cui nisi per ablationem calicis occurri-
non possit, non fuisse vlo modo dissim-
mulandū, sed tam periculosam & per-
niciosam cōsuetudinem protinus re-
scindendam fuisse: quod eò facilius ef-
fici potuisset, si, vt alibi dicitur , varius
& indifferēs cōmuniōis usus in Eccles-
ia fuisse. At quomodo hīc dicitur ea
cōsuetudo fuisse diuturna, à Paulo ap-
probata, & à tota ferè Ecclesia obser-
uata, quomodo verò nihil ī se mali ha-
bebatur: si tātū sacrilegij periculū, nō se-
cūdū qd, sed absolutē habebatur adiun-
ctū? Si igitur tātū momēti fuit in illa
cōsuetudine, vt ob eā illud tātū pericu-
lū esset dissimuladū: non inutile sanē
erit hāc restituere, si modò diligēs ope-
ra adhibetur, ad hoc periculū prohibē-
dū. Et qdē prohiberi posse hoc periculū

con-

DE SACRA COMMVN.

conditio illa, qua Bohemis in Concilio Basiliensi concessa, Germanis in Comitijs aliquando oblata, & nūc tandem in Concilio Tridentino, iudicio Pontificis in vtraque specie communicatio permissa est, satis declarat. Nē pevt diligens cura adhibeatur, ne in sanguinis administratione aliqua irreuerentia & prophanatio admittatur: quod stultè & temerè, imò sceleratè & sacrilegè caueretur, si nullo modo, nisi calicis ablatione, huic periculo p̄uideri posset. Quod autem ad Patrū tempus attinet, non videntur tam grauia & crebra hæc pericula accidisse: aut si qua fortè accidissent, non tamē tanti habita, vt ideo populus Christi sanguine redemptus, sacramento noui Testamēti, quod in sanguine Christi est, priuādūs putaretur. Verūm hoc periculo animaduerso, satiūs putabāt, si quouis alio modo illi occurreretur: Id quod fistulę illę declarant, quarum in cōmunione calicis Dominici, quā Confirmationem quoque vocabant,

tūm

tum in Romana, tum in prouincialib;
 Ecclesijs gsum fuisse, libelli ordinis Ro-
 mani testantur. Cuiusmodi fistulæ ca-
 licibus ipsis adiunctæ passim adhuc ho-
 die visuntur. De monasterijs quoque,
 præsertim Cistertiensijs, & Cartusi-
 ensijs hoc idem constat.

Ex huius quoq; periculi metu ma-
 nauit intinctio: quam licet à Christi
 institutione nonnihil recedere vide-
 rent, tamen hoc satius putabat, quam
 si fideli populo sacramentum Domini-
 nici sanguinis in totū auferretur. Cer-
 tè ex his cōsequitur, hoc periculo se-
 moto, in vtraque specie communionē
 potius esse administrandam: quemad
 modum ex multorum scriptis cōstat,
 etiam vsu alterius speciei in vulgo pa-
 sim obtinentē, nonnullis tamen in lo-
 cis communionem Dominici sanguini-
 sis obseruatam fuisse. Petrus de Palu-
 de auctor est, sua ætate in quibusdam ut. quest. i.
 Ecclesijs consuetudinem fuisse sub v-
 traq; specie communicandi, idque ita
 caute in illis Ecclesijs siue Monasterijs

E factum,

DE SACRA COMMUN.

sætum, ut nihil effunderetur. Et idonei auctores testantur, paulum supra Patrum nostrorum memoriā, integrā communionem per Galliā distributā fuisse, quāmuis extra ordinem, & in sa cellis: quomodo & Reginib. Francorum cōmunio exhibetur. Hunc quoq; mō rem integrē communicandi Pōtifices Romani hucusq; in Diacono & Subdiacono in solemnioribus festis cōmu nicando retinent, ut in Ritualibus libris scriptū inuenitur. Et Martinus V. Pont. Max. etiā post Conciliū Cōstāt. in solemnī Paschæ officio Romani ordinis præscriptum & formulā in coim municando vtraq; specie populo usur passe legit. Thomas quoq; V Valden sis auctor est, etiam post Constantien sem synodum, Romanum Pontificem secundū usum Romanū Diaconos & Altaris ministros, aliosq; viros fide & dignitate p̄stātes, itē Rectores insigni um locorū & Monasteriorum, fratres suos & alios, quos tanta re dignos iudicabāt, communicare non destitisse.

Car-

Cardinalis Cusan. in epist. ad Clerum
 & literatos Bohemiæ, quā scripsit an-
 no 1452. annis aliquot post solutā sy-
 nodū Basiliensem, auctor est, Pōtificē
 Ro. vsq; ad proxima suatēpora in festo
 Paschæ Laicos, quibus ipse sua manu
 Corpus Dñi tradidit, ad susceptionē
 sanguinis de manu Diaconi accedere
 permisisse. Nicolaus Panor. Archiep. De celeb.
 Abbas Siculus aliàs dictus, q. Cōcilio
 Basil. interfuit, q̄uis rationē indicet,
 quare cōmunicātib. sine sanguine Eu-
 charistia sola tradatur: subiicit tñ, Do-
 ctores dicere atq; sentire, nō esse malū,
 si cōmunicās etiā de sanguine sumat:
 adfertq; exēplū Cartusiensiū, q̄ appo-
 nant modicū de vino in calice post cō-
 secrationē, vt sufficiat oībus fratribus,
 qui cōmunicare debeant. Quem mo-
 rem suo tempore fuisse testatur Guil-
 hel. Duranti: Et Astexanus in Summa
 adducit Cisterciensium & aliorū con-
 suetudinem, qui post sumptionē cor-
 poris & sanguinis dimittūt ibi aliquid
 de sanguine, vt iñfuso vino, commu-

Miss. cap.
Cum Mar-
thæ.

Ration. di-
uin. lib. 4.
cap. 42.
Li. 4. ti. 17.

DE SACRA COMMVN.

nicantes aliquid inde percipient

Ex his certè apparet Communio-
nem Dominici sanguinis , et si paula-
tim exolescentem : vbi sine periculo
fieri poterat, potiorem tamen semper
habitam, & optimis quibusq; proba-
tam fuisse: ita vt mirum non sit, si hac
ætate studijs hominum cognitione di-
uinarum literarum & Ecclesiasticarū
rerum excitatis, tāto studio restitutio
hæc Dominici calicis postuletur & vr-
geatur. Quem enim hæ quæ supra ex-
plicatae sunt rationes, ad expetendam
& amplectendam hanc communionē
Dominici calicis non inuitent? Quòd
hæc communio consentanea sit insti-
tutioni Christi, & traditioni Aposto-
licæ: quòd in ea expressior imago, re-
præsentatio, & cōmemoratio mortis
Christi habeatur. Item hoc modo ad-
ministrari Eucharistiam , conueniens
est eis usui huius Sacramenti, in quo im-
pleatur id, quod Christus inquit: Ca-
ro mea verè est cibus, & sanguis meus
verè est potus. In sola hac integra cō-
munio-

munione accipi perfectè sacramentū,
vt in qua ~~Tola~~ perfectè signetur & cau-
setur v̄sus fidelium, & v̄nitas corporis
mystici. In hac sumptione offerri effe-
ctum v̄nionis, & memoriam redemp-
tionis per sanguinis effusionē. In hac
communione commemorationē fieri,
nō modò redēptionis à poena æter-
na, sed etiam acquisitionis hæreditatis
æternæ. Item hanc communionē magis
cōsonā esse exemplo Christi, Apo-
stolorū & Patrū primitiū Ecclesiæ.
Item, conuenire cā cum sententia &
interpretatione sanctorum, qui Chri-
sti verba, Nisi comed. carn. fil. hom. &
bib. eius sang. ad sacramentalem esum
& potum retulerunt: & hunc modum
communicādi esse perfectissimum, in
quo verba illa Saluatoris pleniū &
perfectius impleantur, atque cum fru-
ctu maiore, &c. vt interim rationes à
Christi institutione & caussis institu-
tionis à Patribus commemoratis du-
cas omittam: quod Christus ipse ad
bibendū hunc sanguinem noui Testa-

DE SACRA COMMVN.

menti omnes inuitet, immo hoc poculum sanguinis ipse porrigat, & ut sanguis ille bibatur, contra morem veteris legis, præcipiat: Omnibus corpus vnum propositum, & poculum vnum. Tremendum hunc calicem pari cunctis conditione esse traditum. Christū duas has species porrigendo, vnu plenum, & integrum, & perfectū mystriū instituisse. Peractū huius sacrificij memoriam participatiōe corporis & sanguinis Domini celebrari: & dū sanguis de calice in ora fideliū funditur, sanguinis Dominici de illius latere effusionē designari. Valere hanc sumptionem Dominici sanguinis ad redēptionem & tuitionē animæ. Itē hanc sumptionē peculiariter pertinere ad cōfirmationē noui Testa. in remissione peccatorum, per sanguinē Christi. Ad hæc pios animos an nō meritò exicit antiquissima cōsuetudo, iam inde à Christo & Apostolis, tot seculis per vniuersum orbē Christianū summo consensu perpetuata? auctoritas

tot

tot Doctissimorū, Sanctissimorum, &
 Grauissimorū Pr̄esulum, qui meliori-
 bus illis Ecclesiæ temporibus Domi-
 nicum sanguinem vnā cum Domini-
 co corpore ē mensa Dominica suis po-
 pulis ministrarunt: non facturi, nisi id
 non modō licitum, verum etiam utile
 & salutare fideli populo iudicassent?
 Societas tot milium Martyrum vtrius-
 que sexus, qui omnes à Dominici san-
 guinis in Ecclesia haustu ad proprium
 Christo sanguinem refundendum ala-
 criter procurrerunt? Communitas
 tot myriadum fidelium hominū, qui
 summa animi lætitia in Ecclesia præ-
 claro illo Dominici sanguinis calice
 potabantur, & vt Ambrosius loqui-
 tur, in spiritu ineibriabantur? Qua de-
 re Augustinus: Sanguis, inquit, Abel Ad Oros.
 significat sanguinem CHRISTI, in dialog.
 quo vniuersa Ecclesia accepto, dicit
 Amen. Nam qualem clamorem fa-
 ciat vniuersa Ecclesia, dum potatur
 sanguine CHRISTI, & dicit Amen,
quest. 65.

DE SACRA COMMUN.

tu nosti: plura huius generis adferri & pluribus amplificari & exaggerari pos-
sint. Sed haec sufficere puto, ad demon-
strandum pios animos haud leuiter
& temere desiderio Dominici calicis
excitari.

At dicat aliquis. Qui verè pius &
Catholicus est, in recepta consuetudi-
ne, & Conciliorum Decretis acquie-
scet. Rectè, Nisi aut imminens necessi-
tas, aut insignis vtilitas ad mutationē
inuitet. Nam si nulla vñquam publicæ
consuetudinis mutatio est admittēda,
qui fit, vt Ritus ille integræ Commu-
nionis, Dominica institutione, Apo-
stolica traditione, publica perpetuaq;
omnium temporum consuetudine, ac
insuper Pontificum & Conciliorum
Decretis confirmatus: contraria con-
suetudine, primum intinctione, dein
de mystici sanguinis omissione in to-
tum mutatus sit? At Ecclesia insimula-
bitur erroris, si Decretis Conciliorū
aliquid contrarium admittatur. Mini-
mè verò erroris insimulabitur Eccle-
sia,

sia, si pro temporum & hominum cōditione & varietate sua statuta mutet:
Quin potius prudentiæ & clementiæ nomine commendabitur, si conditio-
nis temporum, & hominum salutis, &
publicæ pacis ac vnitatis rationem ha-
beat. Adde quod h̄c nihil aduersus
Conciliorū mentem admittetur. Ne-
que enim Concilijs Constan. & Basil.
propositum fuit, institutionem Chri-
sti, & Apostolicam, ac vetustam Eccle-
siæ consuetudinem penitus abrogare,
& calicis communionem populo in
perpetuum prohibere, & Ecclesiæ po-
testati, ne in posterum eam reuocare
possit, præiudicare: sed pro tempore
tantum, quod in rē esse Ecclesiæ cense-
bat statuere. Id quod doctissimi quo-
que viri hac nostra ætate ingenuè ag-
noscunt. Ita enim Io. Groppe. in lib.
quem de hoc Eucharistiæ sacramento
Germanicè conscripsit: Quod ad Lai-
cos, inquit, & non conficiētes attinet,
ad vitanda multa scandala & pericula,
communio calicis prohibita est, non

DE SACRA COMMVN.

in perpetuum, sed usque ad aliā Eccle-
siæ ordinationem, &c. Quare idē ait:
Nō esse propositi sui, impugnare vtri-
usq; speciei communionem, quā Apo-
stolorum tempore, & aliquantum lō-
go tempore pōst, in vsu fuisse constat.
Neq; se dissuasurum, cur minus hodie
talis communio generali ordinatio-
ne Ecclesiæ reuocetur, modò discipli-
na Ecclesiæ restituatur, & prouidea-
tur ne inde aliqua hæresis aut con-
temptus Ecclesiasticæ auctoritatis ex-
istat, & ne irreuerentia & abusus ali-
quis erga dignissimum sacramentum
hinc immineat. Guilhelmus quoque
Lindanus, cuius extat insigne opus,
quod Panopliam inscrīpsit, de Con-
cilij Constantiens. Decreto locutus.
Quibus quidem verbis, inquit, haud
equidem existimo, vti vulgō dicitā-
tur, vtriusque speciei communionem
Laicis prohibitam, sed defensam vni-
us speciei communionem, tunc Laicis
antiquissimo ex more usitatissimā:
Hunc enim Decreti sensum efflagitat
ipsa

ipsa Patrum ~~avtibetis~~, qua hanc Conci³⁸
 lij constitutionem nouo Hussitarum sionē cum
 errori, qui illos sacrilegij accusabant,
 opponunt: ita tamen, ut ijs intelliga-
 tur vtriusque speciei communio in-
 terdicta, donec Ecclesiæ auctoritate
 liceat, apud quos illa tūc exoleuerat.
 Hactenus ille. Porrò hanc Concilio-
 rum mentē fuisse, reipsa Basilienfis sy-
 nodus declarauit, quæ conditionibus
 certis adhibitis, Bohemis vtriusque
 speciei usum, et si in Concilio Basiliensi
 interdictum, tamen ut auctoritate
 Christi & Ecclesiæ licitu, & dignè su-
 mentib. utilē & salutarē, cōcessit: * cu-
 ius concessionis licet non ille fructus
 qui sperabatur extiterit, tamen per
 multos adhuc in Bohemia esse con-
 stat (vulgò Calixtini vel sub vtraque
 dicuntur) qui cætera ferè Romanæ
 Ecclesiæ ritus & doctrinam tenen-
 tes, in hac communione Domini-
 ci calicis acquiescunt. Atqui nulla
 caussa est, inquies, quæ hanc mu-
 tationem urget. Contrà certè tot

in-

Hac cōcel-
 adiectis cō-
 ditionib.
 quā p̄actio
 nem voca
 bāt, initio
 suscep-
 rūt: sed cū
 postea ab
 Eugen. &
 cū securis
 Pontif. Cō-
 cil. Bas. de-
 creta ipro-
 bātib. con-
 firmationē
 impetrare
 nō possēt,
 min' quo-
 que Rom.
 Pōt. aucto-
 ritati tri-
 buere cō-
 perūt. Vi-
 de Epistol.
 Io. Schle-
 chtæ Bo-
 hemi, ad
 Eras. Rot.
 lib. 14. epi-
 stolarum.

DE SACRA COMMVN.

in signum omnis ordinis virorum, atque adeò principum & nationū vota & postulata clamant: qui hac ratione & grauiora, & imminentia religionis dāna vitari, & maiora & certiora pietatis lucra sperari posse censem. Queruntur autem nonnulli, hac dissimilitudine ac varietate Cōmunionis, Ecclesiæ statū & pacem turbari. Cur igitur non in eum ritum potius conuenimus, quem Christus instituit, Apostolus tradidit, Ecclesia yniuersa tot seculis tenuit, Orientalis verò yniuersa, atque in primis insignis illa Æthiopica Ecclesia, in hunc usque diem constanter retinet? Dices hoc pacto Hæreticorum errorem confirmari, qui hūc solum ritum necessarium, alterum nepharium ducunt. Respondeo: In hac caussa non pertinacium & pacis hostium Hæreticorum, quibus nunquā nulla ratio satisfacit, sed p̄dorum & pacis amātium, qui ubique sunt hominum, rationem habendam: qui non insano hæreticæ prauitatis æstro, sed pio Apo-

stoli-

stolicæ consuetudinis studio incitati,
sacramento Dominici calitis, in q̄ o
plenum expressumque redēptionis
suæ, ac mysticæ cum Christo vniōnis
mysterium continetur, potiri deside-
rant: quo impetrato, Dominum col-
laudabunt, neque odiosis & ociosissimis
quæstionibus Ecclesiā perturbabunt.

Falsò autem existimant quidam, à
nemine hanc sanguinis communionē
peti, qui non eam simpliciter ex Diui-
no præcepto necessariam, alteram ve-
rò prorsus impiam & sacrilegam iudi-
cet: Cùm innumeri sint, per varias na-
tiones & regna, qui in doctrina catho-
lica, & eius ritibus antiquitùs traditis
acquiecentes, priscum hunc & catho-
licum Corporis & Sanguinis Domi-
ni participandi ritum, tūm ob priua-
tam religionem, tūm ob publicam pa-
cificationem, restitui summopere cu-
piūt. Quod grauissimorum virorum,
quibus hominum animi perspecti ac
noti sunt, atque adeò summorū quo-
que principum grauissimo testimo-
nio

DE SACRA COMMVN.
nio probari possit.

Rursum dices nullam esse cauſam,
cur alteram illam speciem Laici tan-
topere expetāt, cūm in vna quam ac-
cipiunt specie, perfectus & integer cō-
tineatur & exhibetur Christus. Recte
fanè, si Christi substantiā spectes, quæ
separari & diuelli nō potest: quæ ubi-
cunq; sit (est autem verè in vtraq; spe-
cie post mysticam benedictionem)
eam integrā & perfectā esse neces-
se est. At hīc de sacramento agitur: cu-
ius perfectio & integritas duplii hac
specie constat. Nam alterā Corpus
tantūm, alterā Sanguis significatur:
& ex ratione & vi Sacramenti, in al-
tera Corpus, in altera Sanguis tantūm
continetur. Porrò significationi effe-
ctus quoq; coniunctus est, in ijs qui di-
gnè sumunt. Nam in ijs Sacraenta
efficiunt quod figurāt atq; significāt.

Alb. in 4.. Quare inter scholasticos Doctores
dist. 8. arti. grauissimus quidam atq; doctissimus,
13. duplēm in hoc sacramēto perfeſtio-
nem cōſtituit, Christi videlicet ipsius,
&

& sacramenti secundum quod venit
in vsum fidelium. Priore modo verū
esse, Christum esse perfectū sub vtra-
que specie: Secundo modo videri sibi
falsum, quia non perfecte signetur, &
causetur vsus fidelium & unitas corpo-
ris mystici, nisi duplici signo: & ideo
inquit, virtute sacramēti habere opor-
tet vtrunq;. Hæc ille. Et quidā hac æta-
te magnæ vir auctoritatis, libenter se
confiteri ait, Laicos communicantes
sub vna specie tantum, non plenū acci-
pere sacramentū, quod ex duabus con-
stat partibus, &c. Et alibi, disputās de
verbis Christi Ioan. 6. Nisi manduca-
ueritis, &c. ita scripsit. Quò perfectius
manducamus & bibimus, eò consum-
matio nō sumi autem hæc perfectissimè,
quando fide per dilectionem operāte,
vera & reali præsentia corporis & san-
guinis, sacra suscipitur Eucharistia.
Addit autem veteres verba Christi ac-
commodasse ad manducationem &
potio nē spiritualem: quia spectabat

plē-

DE SACRA COMMVN.

plenam & perfectam carnis Domini
mādicationem, & sanguinis potum.
Non satis autem prudenter vir quidā
alioqui prudentissimus scriptum reli-
quit: nō habere Laicos quod queran-
tur ob ademptam alterā speciem, cūm
panis & vinum post consecrationem,
nihil aliud sint, quām species sacramē-
tales, & accidentia sine subiecto. Cer-
tē Christus, Apostolus, & eos secuti
prisci Patres, longē honorificantius
cūm de vtrāq;, tūm de hac vini specie
loquuntur: quam Christus appellatio-
ne sui sanguinis honorauit, imò san-
guinem esse suum confessus est: Apo-
stolus cōmunionem sanguinis appel-
lat: alij sanguinem redēptionis, san-
guinem qui populum redemit, pocu-
lum sanguinis pretiosi, atq; adeò sim-
pliciter Domini sanguinem appellat.
Longe quoque aliter de his speciebus

De cōsec. loquitur Augustinus in libro Senten-
dist. 2. cap. tiarum Prosperti. Nec similiter, inquit,
nō autem comprehendimus has duas species,
quemadmodum ante consecrationē
com-

SVB VTRAQVE SPECIE.

comprehendebamus: cùni fideliter fa
teamur, ante consecrationem panem
esse & vinum, quod natura formauit:
post consecrationē verò corpus Chri
sti & sanguinem, quod benedictio cō
secravit. Non recte itaq; dicitur , vinū
post cōsecrationem, nihil esse aliud, q
speciem sacramentalem, & accidēs si
ne subiecto. Cùm etiam si in se conside
retur, augustissimum sit sacramētum;
adiunctum habens verum sanguinem
Christi: quē ex institutione significat;
ex similitudine repräsentat, ex sanctifi
catione continet, & piē sumentibus;
in viuificum & cælestem potum exhi
bet. Quare non indignandum est pijs
Laicis, si hanc speciē obnixius petant.
Cùm eam non (vt ille inquit) pro acci
dente sine subiecto tantummodo, sed
vt Paulus loquitur, pro communione
sanguinis Christi ducāt . Quod igitur
ad effectum attinet: quāmuis in altera
specie perfectus & integer sumatur
Christus, non tamen frustra in altera
quoq; specie idem ille perfectus & in
teger

F tegeſ

DE SACRA COMMUN.

teger Christus expetitur. Nam alia ratione Christus in sacramento sanctificati panis, alia in sacramento benedicti calicis spectatur. Illic enim spiritu lis cibi, hic potus spiritualis rationem & vim ex Christi institutione obtinet. Et quamvis, ut ait Augustinus, dubitandum non sit, unumquenque fidelium corporis & sanguinis Domini tunc esse participem, quando in baptismate membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis, calicisque consortio, nec priuari sacramenti illius participatione & beneficio, etiamsi antequam panem illum comedat, & calicem bibat, in unitate corporis Christi constitutus, de hoc seculo migrauerit: haec, inquam, quamvis ita se habeant, non tamen frustra corporis & sanguinis Christi participatio in sacramento Eucharistiae post Baptismum suscipitur. Quemadmodum itaque post Baptismum, in quo regenerati toto Christo fruuntur, eius membra effecti, & eius corporis sociati: tam

Item postea sacramentum Eucharistie
expetunt, in quo perfectum quoque
Christum in cibum & potum spiritua-
lem percipiunt: ita qui in sacramento
corporis Christi, perfectum Christum
in cibum spiritualem sumpserunt, non
temerè eundem illū perfectum Chri-
stum in potum spiritualem in sacra-
mento sacrosancti sanguinis accipere
contendunt: cùm idem Christus in di-
uersis sacramentis, diuerso quoq; mo-
do se exhibeat.

Porrò quamuis ex duplice habeat spe-
cie vnum constat plenum & integrum
sacramentū, ratione extremi finis, qui
ex duabus rebus perficitur: tamen v-
traque hęc species per se proprię & ve-
rē sacramentum est, cùm propriam
materiam, significationem, & virtu-
tem obtineat. Quapropter à veteribus
sæpè multitudinis numero sacra-
menta vocantur, & ut duo sacramenta, se-
orsim cōmemorantur. Falluntur itaq;
qui scribunt, quicunq; hoc sacramen-
tum sanguinis petant, hoc ipso fateri,

F 2 quod

DE SACRA COMMVN.

quòd prauè de hoc sacramento sentiant, & in altera specie totum Christū contineri negēt. Quos sanè ij qui Lutherum sequuntur, quorū in Germania magna turba est, satis refellunt. Ij eīm, vt antè dictū est, in celebri quadā Confessione apertè fatētur, se nō negare, quin totus Christus, tam pane, q̄ vino Eucharistiae dispensetur. Et Ioannes ille Hus, cūm vtriusq; speciei vsum vehemēter pbaret, tñ de hoc sacrosancto Eucharistię sacramēto, nihil diuersum à recepta tunc Ecclesiæ sententia

Tracta. de sensit, aut docuit. Et in opusculis quicor. & san. Domin. & busdam, quæ de eo argumēto scripsit, Trac. vtrū disertè asserit, sub vtraq; specie sacra-exped. Lai. mentali esse corpus & sanguinē Christi. sume. san. Chri. sti, & non seorsum corpus, & seorsum sub sp. vini sanguinē, sed sub vtraq; specie manere

Christum totum. Bohemi quoq;, qui eius obitum secuti sunt, quāmuis in exigēda hac calicis communicatione vehementiores fuerint, tamen in Scripto quodā publico à Ioāne de Rockazana in Concil. Basili. nomine Regni Bohe-

Bohemiae exhibito, manifeste fatentur, totum Christum, Deum & hominem, esse sub altera specie cum plenitudine omnium gratiarum.

Verum deterret nonnullos, q̄ hanc vtriusq; speciei cōmunionē, multarū quoque aliarum piarum & vetustarū consuetudinum abrogatio, & quædā quasi religiōis innouatio, ac à reliquo Ecclesiæ corpore defectio comitari cōsuevit. Id sanè plerisque in locis factū esse, negari non potest: & nisi in tempore prospiciatur, ne in posterum magis fiat, verendum est. At vide, ne huius rei caussa sit, quod in hac re & huic similib. institutioni Christi, & priscæ Catholicæque Ecclesiæ obseruationi consentaneis, æquissimis piorum hominum votis, & prudentissimis eruditorum & grauium virorum monitis in tempore obsecutū nō sit. Ita enim ferè homines natura comparati sunt, ut ita quum postea petant, qui c̄quum cūm postulant, nō ferunt. Adhæc nos hoc loco illorum caussam agimus, qui

F 3 nullam

DE SACRA COMMUN.

nullā in publicis ritibus huius rei grā-
tia mutationem & innouatiōē quæ-
runt, sed tantūm conscientiæ suæ, &
pio desiderio satisfieri postulant: hoc
est, vt ipsis potentibus, loco calicis ab-
lutionis (qui passim dari consuevit) ca-
lix sanctificationis, adhibitis solemini-
bus inter porrīendum verbis (San-
guis Domini nostri Iesu Christi, pro-
fit tibi in vitam æternam) tribuatur:
qui aut̄ sola Dominici corporis sump-
tione contenti sunt, suo iudicio relin-
quantur: Quod à prudentibus pasto-
ribus ita cōmodè & prouidè fieri po-
terit; vix ut mutationis aliquod signū
appareat, Neque hinc aliqua aut dissili-
dij, aut turbationis, & innouatiōis oc-
casio metuenda erit: non magis sanè,
quam ante ducentos annos, cùm hoc
sacramentum summa pace, his in alte-
ra, illis in vtraq; specie ministraretur.
Quod multorū Scriptorū, qui ea aēta-
te vixerunt, testimonij constat. Nam
Tho. Aquin. cùm disputat, licere cor-
pus Christi sumere sine sanguine, alle-
gat

S V B V T R A Q V E S P E C I E .

44

gat non vniuersalem, sed multarū Ec-
clesiarū sua ætate, consuetudinem:
& prouidè, inquit, in quibusdam Ec-
clesijs obseruari, ut populo sanguis nō
detur: Ricardus de med. villa, Maiori-
bus, de quibus non timentur pericu-
la effusionis & erroris, licet in vtra-
que specie sacramentum dari affir-
mat. Petrus de Tarantasia (postea
Pont. Max. Innocent. III.) à Maio-
ribus & Presbyteris, vel Ministris Al-
taris, sumi sacramentum sub vtraque
specie scribit: quod maiorem reue-
rentiam & cautelam seruare sciant,
Guilhelmus de monte Lauduno: in
multis, inquit, locis communicatur
cum pane & vino, id est cum toto sa-
cramento. Petrus de Palude testatur,
sua ætate in multis Ecclesijs fuisse con-
suetudinem, quod communicauerint
sub vtraque specie. Atque hij omnes
vixerunt sub antī Dom. m. ccc. Quæ
consuetudo usq; ad proximè insecula
Concil. Cōstan. tēpora, nō nullis in lo-
cis, præsertim in monasterijs, tenuit.

F 4 Cuius

DE SACRA COMMVN.

Cuius saltem temporis libertatē hoc
tempore restitui cōueniret: in qua spes
esset, prudentiores & saniores vtriusq;
partis cōquieturos: donec paulatim,
si qua adhuc tūm in huius sacramenti
administratione, tūm in alijs Ecclesia-
sticis ritibus, ad formam vetustatis in-
stauranda videntur, in ijs ab Ecclesia-
rum Gubernatoribus idonea per tem-
pus cura adhibeatur. Hac quoque li-
bertate concessa, credibile est, futurū
ut homines quomodo ab vsu Domi-
nici calicis recesserunt, ita vltrò paula-
tim ad priscum Ecclesiæ morem, nul-
lo accedente Decreto, nulla subita in-
nouatione facta, sint reddituri.

Nihil igitur est, quod hanc Domini-
nici calicis restitutionē, & in usum re-
ductionem admodūm impedit. Est
verò inter cetera cur Dominici calicis
vsus iam diu prætermissus, nonnullis
pijs & eruditis viris, vel nunc tandem
restituēdus videatur. Videlicet ne lon-
ga hac consuetudine à Dominico cali-
ce populi abstinenti, in eum errorem
homī-

homines abducantur, vt putet Domini
nici calicis usum ad populū nihil perti-
nere, imo de calice Domini populum
bibere, prorsus esse nefarium: Quem
errorem ab ijs confirmari putant, qui
Christi verba, Bibite ex hoc omnes, ad
solos esse Apostolos referenda, docet:
nec vident hinc consequens esse, vt to-
tius huius sacramenti institutio ad A-
postolos tantum, & eorum successo-
res Sacerdotes pertineat, & ab omni
usu huius sacramenti Eucharistiae, Laici
sint alieni. Cōstat enim, quibus dictū
est, Accipite & Edite: ijsdem quoq; di-
ctum, Bibite ex hoc omnes: atque ijs
verbis, non consecrandi, offerendi, at-
que distribuendi potestatem (quā Sa-
cerdotium esse propriam, dubitandum
non est, atque his verbis, Hoc facite,
ijs commendari) sed usum & partici-
pādi ius à Christo esse institutum. At-
que hæc verba, Bibite ex hoc omnes,
non ad Apostolos tantum, vt Sacerdo-
tes, pertinere, declarat Paschasius, qui
cōcordem veterum sententiā secutus,

F 5. hanc

DE SACRA COMMUN.

hanc explicationem adiecit : OMNES,
inquit, hoc est, tam ministri, quam re-
liqui credentes.

Et in Glossa quadam (cuius tit.est,
De quadruplici Missali expos. &c.)
hunc locum ita explicatum legimus:
Bibite ex hoc om. Ex hoc, scilicet cali-
ce sanguinis, Omnes, scilicet sine per-
sonarū acceptance. Et Tho.in epist.ad
Cor. i. cap. ii. Affirmat his verbis Chri-
sti apud Paul. Hoc fa. quot. bib. iniun-
gi vñsum huius sacramenti: ad quem v-
sum, vt mox subijcit, participatio san-
guinis Christi à fidelibus pertinet.
Adhæc vir doctissimus Alfon. de Ca-
stro, lib. 6. aduersus hæreses: Non sa-
tis constare scribit, quando hæc ver-
ba, Hoc facite (quibus verbis Aposto-
li Sacerdotes à Christo ordinati sunt)
Christus prouuntiarit: continuóne
post consecrationem, antequam my-
steria Apostolis daret, an verò postq
ea tradidit: sibi verò ex literæ decursu
magis probari, verba illa à Christo,
post datam Eucharistiam esse dicta:
quod

SVB VTRAQVE SPECIE.

46

quod si ita est, manifestum esse Christum, non Sacerdotibus tunc Eucharistiam in utraque specie deditisse: Non tamen argumentum hoc efficax esse, ut ita facere obligemur, sed eò tantum valere, ut credamus non esse contra Euangelicam institutionem, Eucharistiam sub utraque specie alijs, etiam Laicis, porrigere, quod firmissime, inquit, fatemur. Nam olim per multa secula sic apud omnes Catholicos usurpatum esse, ex multorum sanctorum scripturis didicimus. Idem quoque Alfonsus alibi in eodem opere: Lib. 10.
Apostolos de manu C H R I S T I
recipientes Eucharistiam, cum Laicis sacramentum participantibus confert: ut Sacerdotem sacrificantem cum C H R I S T O sacramenta Apostolis porrigente, item Sacerdotem Christi locum tenere, Laicum vero comunicantem, personam agere Apostolorum affirmat. Sed quid testimonij opus est? quoniam abinde totius Ecclesiæ consuetudo hoc probet, quod Christi institutum secuta, Laicos

DE SACRA COMMVN.

Laicos ad communionem corporis & sanguinis Christi, tot seculis admisit: non factura, nisi id ex Christi institutione ius fasq; esse cēsuisset. Quod ius non aliundē, quām ex Christi verbis, quibus sacramenti huius vsum instituit, peti potuit. Quare Louaniensis Decanus: Quòd dicit Chrysostomus, in his mysterijs nihil prorsus interesse inter Sacerdotem & plebē, intelligere ipsum ait, nihil interesse Christi dispositionem & ordinationem spectando, quæ inter Sacerdotes & Laicos, quò ad Sacramenti participationem, nihil discrevit. Idem quoque congruum fuisse scribit, ut cùm sub vtraque specie instituisset hoc sacramentum Christus, sub vtraque etiā specie Apostolis cōmunicaret. Nā si solus sanguinem Christus bibisset, inde nasci potuisse errorē, quòd Laici sanguine Domini communicare nō possent. Si igitur errorem ducimus, putare Laicum Dominico sanguine cōmunicare non posse: vide quæso, an non huic errori
satis

satis magna occasio subministretur , si
à calicis sysu Laici omnes in totū prohi-
beantur , & priuatim quoque , vbi om-
ne effusionis periculum abest , Laicus
Dominicum sanguinem postulās , tan-
quam à re illicita & nefaria repella-
tur , solique Sacerdoti sacrificanti , ius
participandi sanguinis arrogetur .

Extiterunt similiter etiam quidam ,
q̄ testamenti Veteris testimentijs sunt
abusī , ad probādum ius Dominici san-
guinis ad solos Sacerdotes , nō autem
ad fidelem populū pertinere : eō quòd
in veteri Testamento offerentes qui-
dem è populo , de sacrificijs , quæ erant
in materia solida , edebant : de libami-
nibus verò , quæ erāt in materia liqui-
da , solis ministris , nō etiam populo li-
bare fas erat . Quasi huic commēto nō
satis Chrysost. occurrat , cùm ait : Nō Hom. 18. in
sicut in veteri lege , partem quidem Sa- 2. ad Cor.
cerdos comedebat , partem autem po-
pulus : & non licebat populo partici-
pem esse eorum , quorū particeps erat
Sacerdos : Sed nunc non sic : Verū
omni-

DE SACRA COMMVN.

omnibus vnum corpus proponitur,
& poculum vnum. Eadem dexteritate
t. Reg. 2. quidam huc accommodant, quod Eli
Sacerdoti à Domino dictum legitur:
futurum, vt quicunque remanserint
de domo eius, venturi sint ac dicant:
Eck. in lo.
cis cōmu. Dimitte me obsecro ad vnam partem
sacerdotalem, vt comedam buccel-
lam panis: atque ita supplicium, &
maledictum, quod Deus posteris Eli,
ob eius & liberorum peccatum mina-
tur, ad fidelem populum in Ecclesia
Christi trahunt. At rectius & pruden-
tius sensit & scripsit Thomas VVal-
densis, proximus à tempore Constan-
tiensis Synodi. Fide, inquit, fortibus
& disertis fidelibus, à Pastoribus Ec-
clesiarum hoc donandum esse conce-
dimus, vt ad sacrificium & eius liba-
mentum, id est, ad communicandum
in vtraque specie eos assumant. Id-
que probat exemplo Roman. Pont.
& aliarum insignium Ecclesiarum: Ex
quibus colligitur, ne tūc quidem neq;
consuetudine, neque Decreto synodi
omnes

omnes Laicos in totū à sanguinis Do
minici cōmuniōe prohibitos & ex-
clusos fuisse.

Quare his omnibus perpensis, hoc
vno certè hæc integra cōmunio præ-
stat: nempe ea si decenter & reueren-
ter, prisco more in vnitate Ecclesiæ ad-
ministretur, quin recta & legitima sit,
quæri & dubitari nō potest: & ad cō-
scientias piorum tranquillandas, & pa-
cem ac vniōrem Ecclesiæ cōseruandā
aptissima est. Ea verò communio, quæ
in vna tantūm specie fit, etiam si in lo-
co & tempore usurpari possit: tamen
multarum quæstionum & disceptatio-
num materiam præbet, quibus & pio-
rum animi nonnunquam commoue-
antur, & vnde facile rixæ, odia, & schi-
smata oriantur. Huc facit exemplū Ba-
ptismi, quem olim quibusdā in locis,
in nomine tantūm Christi admini-
stratum, & à Pont. Rom. approbatum De conse.
legimus: Quia cùm in se CHRISTI dist. 4. ca.
nomen confessionem Trinitatis in-
cludat, idem valere putabatur, &
Apō-

DE SACRA COMMVN.

Apostolorum, Ecclesiasticorūq; Scriptorum exemplo niti videbatur. Sed quis nesciat, longè illam Baptismi formam preferendam, in qua expressa Patris, Filij, & Spiritus sancti inuocatio adhibetur: ut quę Christi institutioni, & Apostolicæ ac Ecclesiasticæ observationi magis sit cōsentanea? Et quāuis vterque Baptismus, tum in vnius Christi, tum in trium personarum nomine ministratus, idem valeat, atque efficiat: tamen in hac Baptismi forma, quam Christus præscripsit, expressior est huius mysterij significatio. Ita cōmunicatio illa, quæ in altera tantum specie fit, quāmuis illi, quæ fit in vtrique specie, virtute & efficacia putetur æqualis: tamen in hoc ritu, quę Christus instituit, & Apostolus tradidit, & Ecclesia seruauit, expressior est Domi

Nic. de Cu
sa. ep. 3. ad
Bohem.

nicę passionis representatio. Nec prætereundum hic puto, quod vir quidā eximiæ eruditionis & summæ auctoritatis, ante annos plus cētum scriptū reliquit: videri sibi usum Sacramenti
cha-

charitatem Ecclesiæ ad Christū ostendere: ut tunc s̄epè, & sub vtraq; specie fiat communio, quando ardēs est charitas: tunc rariū in anno, & sub intincti panis specie, quando calida est: tūc verò rarissimè in anno, & sub vna specie, quando tepida est: vt hoc, inquit, tempore. Quod si ita est, videtur certe vel maximè hoc tempore necessariū, vt instantे Christi aduentu, tot vndique periculis circumstantibus, Christianorum animi, pulso procul torpore & tepiditate, ad ardentissimam in Christum charitatem inflammentur, huiusque ardoris charitatis declarandæ cauſa ad frequentiorem per annū communionem, eamque perfectam & integrā reuocentur. Præsertim cùm hæc ipsa frequentior & perfectior communio, si ritè & dignè fiat, ad excitandam, inflammandamque in hominum animis erga Christum charitatem, plurimum collatura sit.

Ex his itaq; cōfici puto, hanc integrā in vtraque panis & vini specie com-

G muni-

DE SACRA COMMVN.

municationem, et si simpliciter necesa
ria non habeatur, ei communicatio
ni, quæ in altera tantum specie fit, eti
amsi Christi mandato contraria non
putetur, multis nominibus esse ante
ponendam, omnesque verè pios & E
uangelicos, ac Catholicæ traditionis
studiosos, ad eam obtainendam, & in
vsum reuocandam (saluò semper Ca
tholicæ unitatis vinculo) eniti & con
tendere debere: &, si citra grauem Ec
clesiæ offensionem, & perturbationē
obtineri possit, gratissimis animis am
pletestandam. Quare illi minus proban
di videtur, quām uis fortassis zelus im
probandus non sit, qui tanta conten
tione, tūm sermonibus, tūm scriptis,
huic tam multorum piorum hominū
Dominici calicis desiderio obnitun
tur, & tanquam de re, in qua summa
religionis consistat, odiosè conten
dunt: cūm tamen hīc non de lege diui
na atque perpetua, sed de humana tan
tum, eaquæ mutabili & temporaria con
stitutione abroganda agatur: eaquæ
in re

in re tam leuis atque futilibus , atq;
vtinam non etiam falsis argumentis
vtuntur, vt se prudentibus & bonis in
Ecclesia , miserandos , astutis verò &
improbis Ecclesiæ aduersarijs, deridē-
dos præbeant. Etenim cùm videant
passim optimos quosq;, non eos mo-
dò, qui pro Hæreticis habentur , sed
etiam verè Catholicos, eosque non è
vulgo tantum, sed etiam eruditione &
dignitate præstantes, prisci moris desi-
derio teneri: vel certè ita iudicare, eius
restitutionem ad Ecclesiæ unitate cō-
ciliandam & conseruandam in primis
valere: hæc, inquam, cùm ita se habere
videant, in eo potius laborare debe-
rent, vt paulatim hominum animos
ità informent & præparent, vt in cali-
cis vsu restituendo , Ecclesiæ auctori-
tati & reuerentiæ nihil detrahatur.
Minimè verò omnium hæc eò spe-
stant, vt eos probemus, si qui hinc ar-
repta occasione, multis in Ecclesia re-
ceptis ritibus temerè abolendis , vel
immutandis , Ecclesiæ faciem immu-

DE SACRA COMMVN.

tarunt, & statum perturbarunt: vt om
ne vinculum societatis cum reliquo
Ecclesiæ corpore abrupisse videantur:
& calicem Domini, quo charitatis my
sterium continetur, aduersus Chri
stianam charitatem cum hostili odio,
& acerbissima insectatione totius Ro.
Ecclesiæ, in qua iam aliquot seculis
hæc consuetudo obtinuit, usurparunt:
quem ita restitui & in usum reuocari
cupimus, vt simul & piorum conscien
tijs, & Ecclesiæ tranquillitati & aucto
ritati consulatur.

Hæc à me simpliciter & sine ullo fu
co in medium proposita sunt: quòd
cum videam hac ætate, seu occulta
quadam temporum inclinatione, seu
diuino potius impulsu, permultos at
que adeò optimos quosq; huius Do
minici sanguinis sacramenti desiderio
teneri, optarim vt hunc animi sui affe
ctum ita temperent, vt se intra Catho
licæ traditionis & Ecclesiasticæ vnitatis
limites contineant: ne sacramentū
vunitatis & pacis, disiungendis & tur
ban-

bandis, sed conciliandis potius, & pacificandis Ecclesijs seruiat. Quod in eorum qui Ecclesijs cū potestate præsunt, prudentia & fide positum est, eiusque potissimum cui inter Ecclesiæ proceres summa auctoritas est concessa: quibus imprecamur, ut eam potestatem, quā diuinitus ad instaurationem Ecclesiæ Christi acceperunt, in hoc negotio ad præsentem eius utilitatem, imò propemodum necessitatē conuertant: quod non imperitorum & obscurorum tantummodo hominum votum est, verùm etiam eruditissimi & clarissimi viri, atque adeò summo in Repub. Christiana gradu locati Principes, non optant modò, sed ut id quamprimum perficiatur, summa ope, omniq; studio adnituntur.

Nulli autem admirationi aut offensioni esse debet, si quæ loca præter communem orthodoxorum quorundam nostra ætate sententiam hic explicentur. Id enim nō cuiusquam reprehendi

DE SACRA COMMUN.

dendi libidine, sed summa necessitate
veritatis profitendæ factum est. Neq;
enim decere, neq; expedire puto, vt,
maxime in hoc religionis negotio, vel
falsa vel ambigua proferantur. Quæ vs
queadèò apud aduersarios nihil effici-
unt, vt etiā veris argumentis auctorita-
tē detrahāt. Cuiusmodi est, quod vul-

Alfonſ. de gó etiā à doctissimis viris factū Christi
Castr. ad- in Emaunte, ad alterius speciei vſum
uer. hære- probandū adducitur: cùm certò nō cō
ſes lib. 6. ſtet (etiā doctissimorū virorū pfeffio-
ſtus tunc ne) an ea fractio panis de corpore Do-
corpus su- mini intelliſi debeat: & vt in illo pane
uni nō de- corpus Dominicū à Christo datū in-
derit, quo- telligatur, non tamē illic sacra illa my-
re nibil de ſteria celebrandi & adminiſtrandi for-
fin. vo- lo. Vide mā preſcriptam appetet: ſed Christum
Guil. VVe. qui sacramētorū auctor est, nouo mo-
defordum aduer. Ios. do, quē eo loco cōuenire iudicabat,
VViclef, ar hoc sacramentum confeſſe & tradi-
gum. 5. diſſe, non exemplum qđod imitari li-
ceat, proposuſſe. Quis enim dicat, fa-
cerdoti hodie licere, vt ſolo pane in
corpus Dominicū confeſcrato, & cōti-
nuo


nuò tradito , calice in totum prætermisso , mysteria Dominicæ passionis perficiat? Quare neq; in Constantiensis, neq; Basil. neq; modò habití Tridentini Concilij decretis, ex hoc loco ad alterius speciei vsum confirmandū argumentum ducitur: sed præcipui argumenti loco adfertur, quòd tam sub panis quam vini specie, integrū Christi corpus veraciter contineatur , atq; sub altera specie totus atque integer Christus, verumq; sacramentū sumatur. Deinde, nouū non est, si in explicatione quorundā locorum, etiā docti & orthodoxi viri nō consentiant. Nam id hodie non rarò vsu venit , vt quæ ab alijs asserta sunt, ab alijs correta legamus: cuius rei exemplū est in communione Laica, & Canone Gelasiano Cōperimus. Alij enim communionem Laicam de cōmunione in altera tantūm, hoc est panis specie intellexerūt, & Canonem Gelasij ad solos cōfidentes referendum putauerunt: cùm alij re diligentius expensa , rectè agno-


A 19142 93
DE SACRA COMMVN.

uerint, communionem Laicam nihil
devtraq; specie detrahere, & Canonē
illum Gelasij non ad conficientes, ve-
rū ad ipsum populū sacramenta par-
ticipantem, referri debere. Item Chri-
sti apud Ioan. verba, Nisi mand. car. fi.
ho. & bib. eius san. &c. alij de spiritua-
li tantū manducaōne, alij verò, pri-
scorum patrum auctoritatē secuti, de
sacramentali siue corporali & visibili
intelligendum docent. Ipsa quoq; in-
stitutionis Christi verba, Bibite ex hoc
omnes, alij solis Apostolis, ut Sacerdo-
tibus dicta sentiūt, alij his verbis pro-
nunciatis, nondum fuisse sacerdotes
institutos, sed Laicorum sacramēta su-
mentium personam repræsentasse, A-
postolos agnoscunt, ex quibus in-
terpretationibus, quæ proxi-
ma vero sit, haud ita
difficile est iu-
dicatu.

F I N I S.

Fol. 16. pag. 2. lin. pen. pro verā lege plenā.





deze strook niet verwijderen



Rijksuniversiteit
Utrecht

UBS

Utrechts
Bibliotheek
Systeem

Bibliotheek-
stempel op
ommezijde

barcode :

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK UTRECHT



3453 4473

signatuur:

E oct. 274 9

